Iterum ait iheremias · Domine yſaia valde pulchre omnia ſepedicta ſecundū ſcripturas ſunt deciſa · ſed tū m̄ vnū reſtat dubiū ſatis graue et cū ſup̄ ſit cōcluſū ꝙ hoīm ī lege dnī̄ cōſiſtēciū in terris purgatis peccatis vt ipſi ſic purgati patrie celeſtis perhenniter fiant poſſeſſores et illi q̄ extra legē dei ſunt peccatores in lacum dampnabiliter dimerſi puteus infernalis ſuper eos vrgeat os ſuum modo vero cum omnes populi et gentes in ſupra dicto iudicio ſint iudicate et debeant iudicari quod erit iudicium ipſius criſti quo ipſe debet iudicare iterum viuos et mortuos· Ergo ſi dicte gentes et populi iam iudicati ſunt quare iterū iudicabuntur Nunquid dicendum eſt iuſtos et ſanctos paradiſum non ingreſſuros vſqꝫ ad diem iudicij et malos et r̄probos tartarū non ingreſſuros vſqꝫ ad eundem diem iudicij quod eſt falſum cum ipſe criſtus duxerit latronem in paradiſum · qui dixit · Memento mei Item illos qui reſurrexerunt cum eo et intrauerunt ſanctam ciuitatē in qua expectarunt eum quouſqꝫ xp̄c ipſe aſcendit in celū et ſecū in paradiſū tranſduxit Ergo de quo erit vel qualiter fiet hoc iudiciū finale Nūquid pro vno delicto erit duplex ſentencia cum ipſe d̄s miſericors non iudicet bis in idipſum Nunquid forte iudicium ſuum erit in celo in bonis et malis diſtribuendis ſicut eſt nunc in terra cum ipſe deus non equaliter in terra diſtribuat bona temporalia hominibus propter quod aliqui eum appellant iniuſtum quoniam vnus erit affluens et abundans alius vero ſumme egebit et laborans in ſumma egeſtate ·

At yſaias Dn̄e ieremia iudicium dei in terris ſatis eſt profūdū et hoc inſipiens nō cognoſcit nec ſtultus intelligit qr ſi deꝰ in ſuo iudicio equaliter diſtribuiſſet ſubſidia diuiciarū inter homines · ceſſaret ſentencia ſua quā ipſe in homines ꝓtulit dicens· In ſudore vultus tui veſceris pane tuo Ideo ſi homines abundarēt ſub equali diſtribucione dei non in ſudore ſed in delicijs pane ſuo veſcerentur· ꝓpter quod ipſe deus voluit non equaliter inter homines temporales diuicias diſtribui ſed in ſudoribus et doloribus dedit homini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

bus panem ad veſcendum Et licet ipſe deus pauperem faciat ⁊ di-
uitem erigat· tamen in hoc eſt iudicium ſuum temporale· quia non
fecit aliquem pauperem niſi ꝓpter alium diuitem et non fecit diui
tem niſi propter alium pauperem Et ꝙ hoc ſit verum manifeſte oſ
tenditur quia cũ homo naſcitur in mundo nichil ſecum defert niſi
nuditatem vt iob primo Nudus egreſſus ſum de vtero matris mee
nudus reuertar illuc dominus dedit dominus abſtulit · Ideo quic
quid ipſe acquirit ſubſtancie diuiciarum a deo acquirit· quia ipſe de
us dedit incrementum licet in eis acquirendis ipſe homo laborem
poſuerit · et licet ipſe nudus diuiciarum dei diues factus · quia
ſecundum ſcripturam domini eſt terra et plenitudo eius tamen ip
ſe homo in diuicijs ſe paſcit et eis fruitur · vnde ipſe deus volt ꝙ dē
ſupercreſcentibus vltra vite neceſſaria ipſe diues pauperi adminiſ
tret videlicet panem eſurienti frangendo egenum vagantem in do-
mum ſuam inducendo et nudum veſtibus cooperiendo· propterea
quicquid homines in hoc mundo habent ſua non ſunt ſed cõmunia
ſecundũ legem dei licet dicti homines ea habeãt in poteſtate diſtri
buendi ſecundum eorum arbitrium tamen et precepto dei non neg
lecto eadem diſtribuere habent · Nunquid tamen dicere poterunt
dicti homines · iniuſtum non facimus aliena non inuadimus pro
pria diligencius ſeruemus · O impudens et auarum dictum cum
propria dicuut q̄m nichil in hunc mundum detulerunt Item quibꝰ
facultatibus quibus ſubſidijs ſunt ab alijs ſtipati cum egreſſi fue-
runt in hãc lucem Ideo in hoc concluditur ꝙ nõ minꝰ eſt criminis
furari diuiti · q̄m aliquis abundans et potens panem et veſtimen
tum denegat egenti · quoniam eſuriencium panis eſt qui detinet᷑
a diuitibus · nudorum indumentum eſt quod recluditur · miſeroꝝ
redempcio et abſolucio eſt pecunia que in terris abſconditur · Hec
p̄nt probari lxvij di in c ſicut hij ·

AD aliud quod dixiſti o ieremia de finali iudicio· reſpondeo et
dico ꝙ homines iam iudicati amplius nõ iudicabũtur ſed iudex qz
iã iudicauit occulte oſtendet publice iudicando ꝙ de iure reprobos
ĩ pctõ dãnauit ⁊ bonos ĩ iuſticijs ſuis ſaluauit Sz tñ priõ ãteꝙ̃ veni
at ad iudicandũ viuos et mortuos ip̃e rex ⁊ iudex ſeculũ iudicabit
ꝑ ignẽ in quo igne celi magno impetu trãſient elementa vero calo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

re ſoluentur · terra autem cum omnibus que in ea ſunt conſumetꝛ
vt teſtatur ſanctus dauid in ſpiritu dei dicens Deus manifeſte ve
niet deus noſter et non ſilebit · Ignis in conſpectu eius ardeſcet et
in circuitu eius tempeſtas valida Aduocabit celum de ſurſum ideſt
angelos · et terram ideſt homines in reſurrectionem vt diſcernat
populum ſuum Et ipſi angeli cõgregabũt deo ſanctos eius qui or-
dinant teſtamentũ eius ſuper ſacrificia · et ipſi angeli annunciabũt
iuſticiam eius qm̃ ipſe deus iudex eſt Et dicet ipſe deus peccatori ·
quare tu enarras iuſticias meas cum illas non ſeruaueris et quare
aſſumis teſtamentum meum per os tuum cum id totum fedaueris
Tu odiſti diſciplinam et proieciſti ſermones meos retrorſum · Si
videbas furem currebas cum eo et cum adulteris porcionem tuam
ponebas Os tuum abundauit malicia et lingua tua cõcinnabat do
los · ſedens aduerſus fratrem tuum loquebaris et aduerſus filium
matris tue ponebas ſcandalũ Et dicet iudex · hec feciſti ⁊ tacui · ꝓp
ter hoc exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis arguã te et ſtatuã cõtra
faciem tuam In hijs modicis verbis omnia grauia peccata cõtinẽ
tur ⁊ in hijs verbis et adhuc grauioribus peccatores arguet vniuer
ſos et libri apientꝛ · de quibꝰ ait ſcriptura ps̄ c lx ⁊ in libro tuo oẽs
ſcribentur · ⁊ ps̄ lxviij · deleãtꝛ de libro viuẽciũ ⁊ cũ iuſtis nõ ſcribã
tꝛ · Et angeli in clangore tubaꝝ more cũ ſanctificatꝛ bellũ vocabũt
bonos ⁊ malos añ cõſpectũ iudicis ſedentis in ſede maieſtatis ſue

¶ Hic tractatur quõ lucifer cum ſuis merito ẽ dãnatus Ca liij

Et primo aduocabit demonem cum omnibus angelis eius ·
et ipſe demon apparebit coram eo tremulentus aſpiciens
dei terribilitatem Et dicet ipſe deus et iudex ei Tu ſigna-
culũ ſimilitudinis dei plenus ſapiencia perfectus decore in delicijs
padiſi fuiſti · omnis lapis precioſus opimentũ tuũ ſardis topaſius
iaſpis criſolitus onix berillus ſaphirus carbunculus et ſmaragdꝰ
aurum quoqꝫ opus decoris tui et foramina tua in die qua tu cõditꝰ
es parata ſunt Tu cherub extentꝰ et ꝓtegens et poſui te in monte
ſancto dei in medio lapidum ignitorum ambulaſti perfectus in
omnibus vijs tuis a die cõdicionis tue donec inuenta eſt iniquitas
in te in multitudine negociacionis tue · ¶ Repleta ſunt interiora

tua iniquitate et peccaſti et eieci te de monte ſancto dei et perdidi
te o cherub eleuatum eſt cor tuum in decore tuo et perdidiſti ſapi-
enciam tuam in decore tuo et in terram proieci te ante faciem re-
gum dedi te vt cernerent te in multitudine iniquitatum tuarum.
Quare cecidiſti o lucifer qui mane oriebaris Hec habentur in eze-
chiele et yſaia pphis At ipſe lucifer inclinans ſe in terrā ſic humili
ter erit locutus. O iuſtiſſime iudex ſi me veſtra clemencia digne-
tur audire manifeſte oſtendam me contra veſtram diuinitatem in
nichilo peccaſſe quoniam cognoſco cognoui et cognoſcam ꝙ veſtra
diuinitas de nichilo me creauit plenum ſapiencia et perfectum ſci
encia et decore atqꝫ tocius paradiſi poſt veſtram diuinitatem prin
cipatum habentem. Si ego fui dotatus plenitudine ſapiencie non
ſequitur domine ꝙ contra veſtram diuinitatem peccauerim. que
eſt tocius perfectionis. Si ego fui perfectus ſciencia et in delicijs
paradiſi poteram cognoſcere et cognoſcebam abſolutam potenci-
am veſtram. ꝙ ſi in aliquo peccaſſem contra eam poterat me in ni
chilum redigere cum ipſa me de nichilo in totali perfectione creaue
rit Item non ignorabam ꝙ ſupra veſtram diuinitatē nullus erat
potencior dn̄s cui potuiſſem adheſiſſe. Nūquid non fuiſſet magna
execacio ꝙ creatura contra creatorem ſuum ita vt aſſeritur ſuper-
biſſet. ſed veſtra diuitas reuerenter loquendo perſuaſu inimice
lingue archangeli michaelis de me veſtre deitati malum aſſeren-
tis ad hoc vt principatus celeſtis monarchie ſibi remaneret. et in
predicto malo veſtra diuinitas ſibi credens in nichilo me peccan-
tem gratis perdidiſtis. Audiant omnes populi conſpiciant om-
nes gentes ſi ego talis ac tantus creatus ⁊ in omni perfectione ſub
limatus et in omni ſciencia ac virtute decoratus a diuinitate veſ-
tra que in me ſemper fuit amabilis ſemper humilis ſemper benig-
na debuiſſem taliter vt aſſeritur peccaſſe in eadem. preſūpcio ceſ-
ſat lex abhorret et vnicuiqꝫ audienti vertitur incredibile Ergo iu-
dex iuſtiſſime placeat me veſtram creaturam ita crudeliter non per
ſequi cum in vos non peccauerim vt aſſeritur Tunc iudex reſpon-
debit ei dicens Audite omnes gentes que in circuitu meo eſtis. lu-
cifer hic preſens volens excuſare ſuperbiam ſuam prout audiſtis
quam in celis ipſe infelix temerarie pegit ſe ante diuinitatem meā

excuſauit prout melius potuit ſuum peccatum palliando taciteqꝫ
iniuſticiam contra diuinitatem meam retorquendo. Et ait ipſe iu
dex O lucifer ſi te diuinitas in tanto beneficio mancipauit. quo=
modo eſt preſumpcio ꝙ te gratis perdiderit. ſed ad tollendam om
nem ambiguitatis preſumpcionem merita tua veniant in patroci
nium et teſtimonium cauſe tue in hoc iudicio. Et ilico aſſurgens
michael archangelus lucifero dulcibus verbis ait O lucifer ſi bonꝰ
es vt aſſeris cur me infamas peccato ſuperbie tue Nōne in hoc cog
noſcitur malicia tua Nonne tu dixiſti in decore tuo in cōſpectu toci
us monarchie celeſtis. ego ſum deus et in cathedra dei ſedi. Poſt
hec ſuperbe dixiſti. Ponam ſedem meam in lateribus aquilonis et
ero ſimilis altiſſimo. Et hec redacta fuerunt in ſcriptis ad memo
riam futurorum per fideles notarios ezechielis viij et yſaie xiiij.
Et es tante preſumpcionis ꝙ in conſpectu dei hec negas cum ſint
eciam omni populo manifeſta. Nūquid non propter ſupra dictam
ſuꝑbiam ipſe deus ꝓiecit te et alios angelos te ſequentes de celis ī
terram. Nunc vero dic michi ſi tanti bonitatis in celis fuiſti prout
aſſeris quare ipſa bonitate vſus non fuiſti in terra in quam eiectꝰ
fuiſti Nunquid nō nouiſſima tua fuerunt peiora prioribus. plenꝰ
ambicione aſcendiſti ſuper altaria ſancta ſcōꝝ tempore machabe=
orum et ibi eciam ſuperbiā addendo ꝓ deo ſuperbe feciſti te coli.
Item bina vice feciſti fieri vitulos aureos in dei populo ipſo dicen
te. hij ſūt dij tui iſrahel qui eduxerunt te de terra egipti. Primo
cum educeretur de terra egipti Secundo tempore ieroboaz Itē q̄d
egeris in regno iudicis iheſu ſub ſilencio pretermittatur Nonne iſ=
ta trahunt in manifeſtam ſuꝑbiam quam eciam in celo peregiſti.
Et ſi in te deus preſtitit ſapienciam et decorem tu autem in malig=
nitate tua illam ſapienciam perdidiſti. Vnde michi iniuſte impro=
peras peccatum ſuperbie tue. veniant et cetere naciones et reges
nacionum qui in terris ſeruierunt tibi. de bonis operibus tuis in
hoc iudicio publice teſtificentur. Et cum adueniſſent reges nacio=
num ante dei conſpectum et proſpicientes atqꝫ intuentes luciferū
admirantes dixerunt. Nūquid iſte eſt vir qui conturbauit ter=
ram qui concuſſit regna qui poſuit orbem deſertum et vrbes eius
deſtruxit et vinctis eius non aperuit carcerem. et quomodo tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

modo vulneratus es ſicut et nos ſimilis noſtri effectus es · detracta eſt ad inferos ſuperbia tua · recidit cadauer tuum · Subter te ſter-netur tinea et operimentum tuum erunt vermes Ad infernum de traheris in profundum laci · Et tunc dicet iudex · Ecce nunc audiſti quid naciones de te et peccatis tuis teſtificentur Et ad hoc reſpon debit lucifer dicens · Domine iudex ponatur ſine preiudicio ali-cuius ꝙ fecerim tale peccatum nonne et adam primus parens ſimi li ſuperbia peccauit eciam et nabugodonoſor rex · et tamen eos nō ſicut me aggrauaſti · Et dicet iudex · quicquid ipſi egerunt te inſti gante fecerunt · ſed tu nullum habuiſti inſtigatorem niſi propriam maliciam · ideo minus peccauerūt · ſed tamen graui penitencia ip ſe adam in valle ebron vbi eſt eius ſepultura defleuit vt ioſue xiiij · cum poſteris ſuis tamen vſq; ad aduentum meum in carne non ſūt conſecuti miſericordiam Nūquid et tu vllo tpe de tuo delicto agere voluiſti penitenciam · ſed ſemper mala peioribus aggregādo de die in diem in peccato durior fuiſti effectꝰ ſicut pharao quem viuū ma re abſorbuit · ecce infernus parat ſe ad te abſorbendum · et dicet iu dex omnibus circa eum ad iudicium conſiſtentibꝰ · Quid vobis vi-detur an lucifer et angeli eum ſequentes iuſte fuerunt dampnati ā iniuſte · et reſpondebunt omnes vna voce dicentes Juſte dampna-tus fuit Et tunc dicet rex et iudex lucifero et eius angelis ſequaci bus · Jte a ſiniſtris · Et michaeli et eius angelis dicet · Jte et vos a dextris meis ·

Hic populꝰ iudaicus vocaꝛ ad iudiciū Ca liiij
Jn fine huius capituli videbis ſniām iudicis cōtra ipſos iudeos

Secundo faciet vocari ad iudiciū humanas creaturas · et p̄-mo populum iudeoꝝ et cum eis rex et iudex diſceptabit di cens · Audite o viri iudei et iſrahelite nonne promiſſꝰ fui vobis in lege in qua canitur · Prophetam ſuſcitabit deus de medi o fratrū ſuoꝝ ſimilē moyſi · et ſi q̄s non audierit ꝓphetā illū · exter minabiꝛ de populo meo Nonne ſimilis fui moyſi in humanitate et legū ac preceptorū dacōe Nōne p̄dicaui de regno dei · nōne veſtros mortuos ſuſcitaui ac cecos illuminaui et omnes infirmos ſolo ver bo curaui mortem ſuſtinui et a mortuis reſurrexi · Nōne poſt meā reſurrectionē per apoſtolos meos vobis p̄dicari feci de regno dei q̄ ſigna magna in vobis fecerunt Quid eis feciſtis · nonne expuliſtis

eos a vobis atqꝫ perſecuti eſtis de ciuitate in ciuitatem in moꝛtem
et in carcerem · et regni dei vos indignos feciſtis · quid vltra valui
facere Et tunc iudei et iſrahelite reſpondebunt et dicent Illuſtriſſi
me iudex cum ſatis ipſa iuſticia eciam vobis placeat in equitate be
nigne nos audire cum ſcriptum ſit in pſalmo · quoniam iudicabis
oꝛbem terre in iuſticia et populos in equitate · et inſuper dicent ip
ſi iudei · Iuſtiſſime iudex verum eſt ꝙ deus nobis pꝛomiſit ſic ſuſci
tare ꝓphetam de medio fratrum noſtroꝝ et qui nõ audierit ꝓphe=
tam illum ait deus ego vltoꝛ exiſtã ſed tamen deus dedit nobis ſig
nũ in cognicõne dicti pꝛophete · ꝙ ſi pꝛopheta ille in nomine dñi p̄
dixerit et ñ euenerit de hoc dñs non locutus eſt ꝓpter quod et ipſe
deus nobis in lege pꝛecepit non ſolum talem ꝓphetã non audire ſꝫ
tãqꝫ mendacem eum in moꝛte turpiſſima tradi ſicut patet deutro·
xviij · pꝛopter quod benigniſſime iudex placeat ad nos miſericoꝛdie
veſtre aures inclinare Et licet nunc cognoſcamus ꝙ vos fueritis ꝓ
pheta ille in lege ꝓmiſſus tamen nobis multa dixiſtis que ꝓut dix
iſtis non euenerunt · ꝓpter que nos cogitantes vos eſſe mendacē
ꝓphetã iuxta ſentenciam legis nobis traditam tradidimus vos in
moꝛtem Et pꝛimo dixiſtis palam in conſpectu tocius ſynagoge deſ
truam templum hoc et in triduo reedificabo illud · Hoc pꝛedixiſtis
et non ꝓut dixiſtis euenit quia templũ integrũ manſit poſtea ꝑ tē=
poꝛa longa · ꝓpter quod affigi cruci iuxta ſentẽciam legis iuſte me=
ruiſtis · vt pꝛimo eſdꝛe vi c · qua lege canitur A me ergo poſitum eſt
hͦ decretum vt omnis homo qui hanc mutauerit iuſſionem tollatꝫ
lignum de domo eius et erigatur et configatur in eo · domus autē
eius publicetur et deus qui habitare fecit nomen ſuũ ibi diſſipet õ=
nia regna et populum qui extenderit manum ſuam vt repugnet et
diſſipet domum dei illam que eſt in iheruſalem ¶ · Ego darius ſta=
tui decretum hoc quod ſtudioſe impleri volo Secundo dixiſtis · niſi
manducaueritis carnem meam non habebitis vitam in vobis vt io
hãnis vij et tamen non comedimus carnem veſtram et per tempo=
ra longioꝛa viximus Tercio dixiſtis · ſi quis credit in me flumina d̄
ventre eius fluent aque viue vt iohannis vij · et multi in vos cre=
diderunt et tamen non vidimus de ventre eorum flumina emanaſ
ſe Quarto dixiſtis · ſi quis ſermonem meum ſeruauerit moꝛtem nõ

videbit in eternum vt iohannis ix· et tū m̄ti ſeruauerīt ſermonem m̄
veſtrū q̄ tū mortui ſunt Et alia ſimilia q̄ longū eſſet narrare dixiſ-
tis que non euenerunt Item peius feciſtis ꝙ ſabbatū cōtra legis p̄
ceptū nō cuſtodiſtis ⁊ in eo infirmos curaſtis Nūqd tēbamur vobis
credere et vos ꝓphetam illū i lege ꝓmiſſum reputare cum expreſſe
feceritis contra legem Nūquid nō interrogauimus vos dicentes· ſi
tu es criſtus dic nobis palam · et vos reſpondiſtis nobis Opera q̄
ego facio ipſa teſtimonium phibent de me Certe multa mirabilia ⁊
magna feciſtis forte que nullus alius fecit racione quorum non te
nebamur vobis credere· quoniā deus precepit nobis dicens ꝙ ſi q̄d
in nomine domini propheta ille predixerit et non euenerit et nō dix
it fecerit· ſed vos multa predixiſtis que non euenerunt prout ſupra
dictum eſt licet feceritis magna ⁊c que vel ſimilia helias et heliſeus
fecerunt · Ergo ſecundum legem iuſte vos interfecimus et nos in-
iuſte cum reuerencia loquendo dampnamur · Et iudex reſponde-
bit eis dicens Semper intellexiſtis ſcripturas et dicta ꝓphetarum
ꝑut ſonant Nonne promiſſus in lege veſtra vobis loqui debebat
in prouerbijs parabolis et figuris dicente ꝓpheta Attendite popu
le meus legem meam inclinate aurem veſtram in verba oris mei q̄r
aperiam os meum in ꝑabolis loq̄r ꝓpoſiciones ab inicio ſeculi Reſ-
picite in quanta hoc deus ſollicitudine predixit · ſed vos ad hoc nō
conſpexiſtis · Si loquens dixi deſtruam tēplū hoc ū locutus fui de
templo materiali q̊ vos ſtabatis ſed de templo corporis mei in quo
de9 pater et filius et ſpiritus ſanct9 habitabat· quod tēplū deſtruc
tū p̄ mortē in tribus diebus reſurgendo p9 mortē repaui Si dixi vo
bis niſi manducaueritis carnem ⁊c non debuiſtis intelligere ꝓpriā
carnem meā manducare ſed ſpiritualiter credere in me diuinitatē ʒ
incarnatā· quod credere ſpūaliter eſt manducare· et qui taliter car-
nem meam mādūcauerit mortem infernalem ū videbit in eternū
Ad aliud quod dixiſtis· ſi q̇s i me crediderit ⁊c ū debet intelligi ꝑut
ſonat ꝓuerbiū ſed de fluminibus ſacrarū ſcripturarū Vos cogno-
uiſtis diſcipulos meos rudes et illr̄ātos ex quib9 magna ſcripturā
rum flumina pceſſerunt· Ad aliud videlicet ſi q̇s ſermonem meum
ſeruauerit mortē non guſtabit ineternum quod dictū non debuiſ-
tis itelligere de morte tēporali quā eciā ego ſuſtinui ſʒ de morte aie

que erit perpetua · et ſi quis ſermonem meum ſeruauerit mortem
talem non guſtabit Si ſabbatū non cuſtodiui quid miri· nōne in le
ge veſtra dicebatur · ſi quis non audierit ꝓphetā talem extermina-
bitꝛ &c· ꝓpter quod omnia erant in manu mea· Ergo in oībꝰ factis
debuiſtis me audire et ſequi et eciam in ſabbati cuſtodia Sed dicite
michi o iudei nūquid cū predixi filio vidue in conſpectu veſtro ado
leſcens tibi dico ſurge· nonne ilico ad vitam ſurrexit Item in lazaro
quatriduano nōne ſimiliter obſeruaui q̄t leproſos ſolo verbo mun
daui et cecos illuminaui Nonne demonia confeſſa fuerunt ꝙ eram
criſtus · Nonne diſcipuli mei in nomine meo maiora hijs fecerunt·
Nunquid in nomine alterius ꝓphete hec facta fuerunt ſicut in noīe
meo · Niniuite ſurgant vobiſcum in iudicio qui egerūt penitenciam
ad predicacione ione · quare vos me non audiuiſtis Et dicent iudei
in dolore cordium ſuorum Obſcura veſtra locucio nos decepit Di-
cet iudex Non ſic quia non conſurgebatis ad verbum dei audiendū
ſed pocius ad ebrietatem ſectandā et ad potandum vſq; ad veſpe-
rā et vino eſtuabatis · cithara et tipanum et lyra et tibia et vinū i
cōuiuijs veſtris· opus autem meum non reſpiciebatis nec opa ma-
nuū mearꝫ cōſiderabatis · ꝓpterea captiui ducti eſtis qꝛ nō habuiſ
tis ſcienciam ideo infernus dilatauit animam ſuam et aperuit os
ſuum ſine vllo termino et deſcenderunt fortes vri et populꝰ et ſub
limes veſtri atq; glorioſi ad eū vt yſaie ij c Et dicet iudex omnibus
Quid videtꝛ vobis o ppli gētes et lingue· fuerūt ne iſti iudei iuſte dā
nati Et dicēt oēs Mitiſſime iudex· ita· & eis dicet iudex Iſte a ſiniſtris
Hic vocātur gentiles ad iudicium Ca lv Hic vide reſponſionem
gentilium ad obiecta contra ipſos p deū iudicem· deīn videbis ite-
ratā ipſius iudicis reſponſionem ad iudeorum propoſita cum no-
uem obiectionibus contra ipſos gentiles

ET angeli in clangore tubarum vocabunt in iudicium gen
tes que ydolis ſeruierunt Quibus terribilis iudex dicet ·
Vos autem cum ſitis et fueritis homines ad ymaginem et
ſimilitudinem dei formati ſicut et ceteri cum ſenſualitate tocius
racionis · quare ydola muta opera manuum veſtrarum fabrefac-
ta pro deo adoraſtis · que nec fari nec loqui poterant cum ſpiritus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

non eſſet in eis · Habebant oculos et non videbant · manus et non
palpabant · pedes et ambulabant · nec clamabant in gutture ſuo·
·Qua racione mouebamini ad hec facienda . Quare non recog=
nouiſtis pꝛo deo illum qui fecit celum et terram mare et omnia que
in eis ſunt · · nam et ipſe dedit omnibus ac eciam et vobis pꝛincipi
um eſſendi pauitꝫ vos a iuuētute veſtra vſqꝫ quo ipſe a vobis fece
rit exalare ſpiritum et tunc omnes veſtras cogitaciones fecit peri
re· Surgant ipſa ydola et pꝛotegant vos in hoc iudicio ſi poſſint
vos de manibus meis liberare Et reſpondebunt gentes cum coꝛ=
dium tremoꝛe terribili iudici et dicent Juſtiſſime iudex placeat veſ
tre iuſticie in modicis verbis nos audire et dicent poſtꝙ nos foꝛ=
maſtis ad ymaginem et ſimilitudinem veſtram·quare graciam veſ
tram quam iudeis et iſrahelitis tribuiſtis eciā et nobis nō dediſtis
quos iudeos et iſrahelitas vſqꝫ ad aduentum veſtrum in carne ī cir
cūciſione ſaluaſtis Jtem poſt incarnacionem veſtram quare eādem
graciā ſaluacionis ꝑ baptiſmū magis dediſtis illis qui fuerūt ī eu=
ropa ꝙ illis qui fuerunt in aſia et affrica q̊uſqꝫ ſpūs ſcūs veniret q̄
inflauit dei amoꝛe coꝛda omnium ꝓpter quod omnes gentes et po
puli crediderunt vnum deum patrem et filium et ſpiritum ſcm̄ et ī
baptiſmo factū eſt vnum ouile et vnus paſtoꝛ·quare illos dilexiſtis
et nos odio habuiſtis·nōne melius fuiſſet ꝙ nati non fuiſſemꝰ poſt
ꝙ perpetuā gehennam in inferno credimꝰ ſentire Et iudex reſpon
debit eis dicens Audite ea que dicturꝰ ſum vobis Ad hoc hominem
foꝛmaui in ſtatu innocencie vt ruinam angeloꝛum repare poſſem
ſed homo ipſe credens effici vt ego ſum ſpꝛeto meo mandato red=
didit ſe contumacem pꝛo cuius contumacie purgacione ſine expꝛeſ
ſione tempoꝛis in tartareo carcere eundem mancipaui cum poſte=
ris ſuis· Et quia volens cōpati dicto homini cum poſteris eiꝰ elegi
michi virum nomine abꝛaham cui pꝛomiſi in ſemine ſuo pꝛedictuꝫ
hominem cum poſteris eius benedicere et eum de p̄dicto carcere ad
meā reducere graciam Cuius abꝛahe ſemen creuit in populū velut
arena maris·quem vocaui iſraheliticum et eum michi in filiū elegi
et conſtitui eidem populo cerimonias et circūciſionem ⁊ eundū po
ſui in omnium genciū lucē Sed dicite michi o gentes qū feci vobis
ſigna magna in egipto in cōſpectu veſtro ꝓ liberacione dicti popu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

li mei a ſeruitute veſtra q̃re michi deo p̄dci populi nō credidiſtis in
virtute dictoꝝ ſignoꝝ ſicut et michi populꝰ meus credidit Nōne ex
ſiccaui mare et calcabile pꝛebui dicto populo meo vobis videntibus
quod ⁊ notū fuit factum q̃ſi mūdo vniuerſo Nōne mare cooperuit
pharaonem et exercitum eius ꝑſecutoꝛes populi mei in oculis veſ-
tris · q̃re vos vidētes hec mirabilia et michi ea facienti non credi-
diſtis quis erat vobis contradictoꝛ Itē q̄n eratis in terra quā ꝓmi-
ſerā dare dicto populo meo in ſignis mirabilibꝰ · q̊t reges interfeci
quot gentes ꝑcuſſi in oculis veſtris Nūquid cōſideraſtis q̄n in ma-
nu gedeō ⁊ ccc viroꝝ · ꝑcuſſi caſtra genciū vltra centū milia viroꝛum
vt iudicum vij Itē nūquid conſideraſtis ſampſonē virū de populo
meo · q̇ cū maxilla aſine tria milia viroꝝ ḋ gentibꝰ ſolꝰ interfecit vt
iudicū xv Itē cū teneretis archam federis captiuā nōne ꝑcuſſi vos
in ſecrecioꝛi parte nature in plaga murium et inter vos fuit mag-
na cōfuſio moꝛtis q̊uſq; ipſa rediret in iheruſalē · ac eciā timoꝛ mag
nus ꝓpter hoc vos inuaſit vt primo regū quinto Itē q̇d feci vobis q̇
eratis ſub rege ſennacherib q̇ venerat ꝓ cōfuſione populi mei vt iiij
regū xviij et xix Itē quid feci vobis qui eratis ſub benedab q̇ venit i
terrā populi mei cū tringinta vno regibꝰ vt dc̄m populū annichila
re poſſet vt iij regū xx Ergo ſi vidiſtis iſta ſigna p me fieri cōtra vos
ꝓ populo meo in quibꝰ ydola vr̄a vobis non poterunt auxiliari q̃-
re dicto populo iſrahelitico nō credidiſtis ȳmo vidētes fieri iſta ſig
na me vitupaſtis dicētes ꝙ ego erā deus colliū · Itē me vobis oſten-
dere nō valui niſi in hijs mirabilibꝰ ſignis q̄m me aliter ꝙ̃ in ſignis
nullus vm̄ ꝙ̃ vidit Ergo q̇d michi imputatis Ad aliud quod dicis ꝙ
magis dilexi europā ꝙ̃ aſiā et affricā · Certe hoc non feci q̄m ante
meā aſcenſionē in celū meis diſcipulꝭ exp̄ſſe precepi vt in omnē terrā
euāgeliū meū p̄dicarent et baptiſmū in remiſſionē pccōꝝ · et quia m̄
cōſtat ꝙ eoꝝ ſonꝰ in omnē terrā exierit et ſi aſia et affrica noluerūt
recipe euangeliū et europa recepit illud · eſt ne hoc ipſis imputāduꝫ
Et ait iudex · cū ſit ſcriptum · effunde irā tuā in gentes q̄ te nō noue
rūt ⁊ in regna q̄ nomē tuū non inuocauerūt · ideo ite a ſiniſtris

Hic vocāꝛ chriſtiani ad iudiciū · et p̄mo paſtoꝛes deiñ iꝑatoꝛes
reges duces et ceteri rectoꝛes tempoꝛales Ca lvi

ET angeli in clangoꝛe tubarum cunctum populum criſtia-

num vocabunt · quo corā iudice comparente ipſe iudex in terribi-
litate dicet angelis ſuis Separate de dicto populo pios ab impijs
Quibus impijs ſeparatis dicet ipſe iudex primo iniquis eccleſie ſu
e paſtoribus Ego dominus ſto ad iudicandum cum ſenioribus po-
puli mei quare vos depaſti eſtis eccleſiam vineam meaꝫ et rapina
pauperis repta eſt in domo veſtra quare attriuiſtis populum meū
et facies pauperū demoliti eſtis contra vos prouocantes oculos
maieſtatis mee Nonne ſuper humerum veſtrum vtiqꝫ dedi clauem
domus dauid et apiebatis et nemo claudebat et claudebatis et ne
mo aperiebat Sed dicite michi o paſtores · quare paſcebatis voſ-
metipſos · nonne greges paſcuntur a paſtoribus · Lac comedebatis
⁊ precioſis lanis operiebamini de ſubſtancia populi mei · ⁊ qđ craſ
ſum erat ſuperbe exſpoliando occidebatis et pplm̄ meum pane ſpi
rituali non paſcebatis · quod infirmum fuit in operibus miſericor
die admonendo non conſolidaſtis · et quod egrotū in fide ſcē trini
tatis nō ſanaſtis · ⁊ quod fractū erat in mortalibꝰ pccis corrigēdo
nō alligaſtis · et quod abiectū erat in viciorꝫ ⁊ pccōrꝫ correctione cla-
mando ad penitenciā nō reduxiſtis: et quod pierat in pccōrꝫ cōſue
tudine increpando non queſiuiſtis ſed cum auſteritate et crudelita
te impabatis pplō meo et potencia et ad aliud nichil veſtrum ſtudi
um tendebat niſi ad ſplēdida fercula i ventrem veſtrum ponenda
et eadē per ſeceſſum emittenda ⁊ ſic populus meus diſperſus fuit eo
ꝙ ei non eſſent paſtores et factus fuit populus meus in deuoracio
nem beſtie ideſt dyaboli · Ergo o paſtores reddite michi racionem
officij veſtri · Ecce nunc exquiritur ſanguis veſtrorum ſubditoruꝫ
qui i inferno degunt de manibus veſtris · Et tunc paſtores prelati
preſbiteri et alij curati intuentes terribilem iudicem cum tremore
et cordiū dolore humiliter p vnum ipſorum reſpondebunt iudici di
centes Dn̄e ſancte pater placeat veſtre maieſtati nō ſecūdū iuſticiā
veſtrā ſed ſecundū magnā miſericordiā veſtrā nos increpare qm̄ in
cōſpectu veſtro nullꝰ poteſt nec poterit in iuſticia vnqꝫ ſaluari Jde
o miſericordiſſime iudex ſicut cū patribus veteris teſtamenti opa
ti eſtis ita et nobiſcū ſi placeat operamini · Nonne iuſtiſſime iudex
vos prefuiſtis padiſo · in quo tm̄ duo erant hoīes et ābo ſub veſtra
cuſtodia pierunt · ergo ſanguis eorꝫ exquiretur de manibus veſtris ·

In archa noe octo tantum fuerũt hoīes q̊ꝝ vnus periȷ̃t · nũquid e
ius ſanguiꝫ exquiſitus fuit de manibus noe In domo abrahe quin
qꝫ homines erant ex quibus duo pierunt cũ ſibi dictũ fuit · eice an-
cillã et filiũ eius Item in domo yſaac de duobus fratribus vnꝰ pȷ̃t
Item in domo iacob tres de duodecim pierunt Item ſub principa-
tu moyſi et aaron erant mille milia et tũ ꝓpter peccata ſua pierũt
preter duos nullus eorum terram ꝓmiſſionis intrare potuit Itẽ
de domo dauid quatuor perierunt Itẽ de domo et ſcola veſtra o do-
mine vnus aploꝝ periȷ̃t · et de lxxȷ̃ diſcipulis veſtris preter quinqꝫ
nullus ipſorũ meruit attingere regnum eternũ Nũquid ſanguis ip
ſoꝝ de manibus p̄dictorum ac eciã de manibus veſtris exquiretur ·
O dñe fiducialiter loquimur cum predicti fuerint ſub cuſtodia veſ
tra et contentamur valde ſi ſanguis predictorũ fuerit exquiſitus d̃
manibus ſuorum paſtorum ꝙ eciã et ſanguiꝫ noſtroꝝ ſubditoꝝ de
manibus noſtris exquiratur · Neqꝫ enim meliores neqꝫ peiores ſu-
mus antiquis patribus noſtris vnde iuſtiſſime iudex placeat tibi in
miſericordia nos arguere · Et iudex reſpondebit dicẽs In lege tu q̄
loq̄ris quid ſcriptum eſt ezechielis tercio · ſi me dicente ad impium
morte morieris et non ãnunciaueris neqꝫ locutus fueris et auerta
tur a via ſua impia et viuat ipſe impius in iniquitate ſua morietur
ſanguinẽ ãt eiꝰ de manu tua req̄rã Si autem anunciaueris impi
o et et ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua et a via ſua ma-
la ipſe quidem in iniquitate ſua morietur tu autem animã tuam li
beraſti Sed et paſtores veteris teſtamẽti ⁊ eº redarguimꝰ ſubditos
noſtros in peccatis eorum Nonne ego predixi ade ne comederet de
ligno · et eciam ceteri paſtores fecerunt ſimiliter ſicut moyſes et aa
ron qui ſemper in ira et redargucione aſſidue erant populum affa-
ti · Et ſi dictus populus noluit eos audire fuit tamen eidem popu
lo imputandum Nonne aſſidue ãmonui diſcipulos meos dicens eis
Vnus veſtrum me traditurus eſt · ¶ Si ille qui cecidit de ſcola mea
et preuaricatus eſt noluit me audire ſanguis eius et alioꝝ ſubdi-
torum fuit nociuus eis et non paſtoribus · ſed ipſi paſtores ſecure
dicere pñt lauabimꝰ manꝰ noſtras in ſanguine peccatorũ iuxta qđ
ſcriptum eſt yſaie lviȷ̃ Clama ne ceſſes · quaſi tuba exalta vocem tu
am annuncia populo meo ſcelera eorũ et domui iacob peccata eorũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

Et contra negligentes hanc doctrinam ait ꝓpheta · canes muti nō valentes latrare Sed dicite michi ſi vos redarguiſtis pplm̄ meum de peccatis quare ꝑijſtis in peccatis eorum · ſed ſi ānūciaſtis ſcelera eorum quare in veſtris ſceleribus dāpnamini Dicēt paſtores · domine ſi in ſceleribus noſtris dāpnamur non ſequitꝛ ꝙ negligentes fuerimus circa ſubditos noſtros q̇ ſpretis noſtris monitis ad tartareū ignē iuſte dāpnantur Semꝑ verbum euāgelicū in dicto pplō fecimus ſeminare ac eciā et nos ſeminauimus nrāſqꝫ latas dyoceſes diſtinximus in perrochijs et ibi ſpūales poſuimus rectores · qui nobiſcum eciam aſſiſtāt ad crimina huius ppli corrigenda qui manifeſtarunt euangelium tuum hincinde predicando · ſi ipſi noluerīt euangelij precepta ſeruare nobis eorum peccatū q̄re īputatis Veniāt ipſi de pplō et cōteſtentꝛ nobiſcū de hoc · Quibꝰ aduocatis et pn̄tibꝰ aiūt eis paſtores · Dicite nobis o vos de pplō nūquid n̄ fecimꝰ vobis euāgeliū dei ꝑ p̄dicacionem manifeſtari in ſcīs monicionibꝰ et aſſiduis redargucionibus Dicent illi Feciſtis ſꝫ aliud docebamꝛ a vobis verbo aliud facto et exemplo inſtruebamꝛ Nōne vos paſtores predicato euāgelio aſſurgebatis ad pccā palā operanda i omni genere peccatoꝝ noſqꝫ attendētes magis ad execucōnē vrāꝫ q̄ ad verbū ſequentes veſtra peccata in eiſdē peccauimus credentes nobis ea licere poſtq̄ ea et vos faciebatis · propter que periclitāter vos nobis magiſtri fuiſtis vos hanc doctrinam nos docuiſtis et cū eratis infecti ſimilibus criminibꝰ ſicut et nos eramus puduit vos in peccatis noſtris nos redarguere cū culpa vos in noſtris peccatis redarguebat · Dicunt paſtores · Aut publice peccaſtis aut occulte Si publice quia conſtetit nobis de veſtris peccatis in noſtro auditorio per denunciacionem et teſtium probacionem vel quia fuerūt intantū manifeſta ꝙ tergiuerſacione celari non poterāt et tūc ſi in redargucione p̄dictorum pccōꝝ fuimus negligentes hoc nobis imputandum eſt · Si occulta fuerunt veſtra peccata de hijs non tenebamur diuinare qm̄ deum habent vltorem · Nonne fecimus vobis ānunciari verbum dei · ꝑ quod docebamini q̄d ad vitā q̄d ad mortem cōpetebat Nonne inſtituimus ꝓchianos ſacerdotes quibus debuiſtis veſtra confiteri peccata qui eciam miniſtrauerūt vobis eccleſiaſtica ſacramēta in quibꝰ et peccata dimittuntur non debuiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

tis ea negligere Si nos peccauimꝰ publice vel occulte nobis impu
tatur Cum nemo viuat ſine crimine non debuiſtis recipere pecca-
torum nr̄oꝝ exempla ſed pocius opera eorum que nos docebamus·
ſꝫ nos exoſos habuiſtis et quaſi inimicos tamen ſi aliquid peccati
in nobis fuerit qđ poſſit vobis cōpetere dicite nobis Illi vero ſiluerūt
Quibus quidē paſtoribꝰ terribilis iudex ſic ait In hijs excuſa-
biles non eſtis ſed vltra hoc dicite michi q̄re donum ſpūs ſancti ſy-
moniace vendidiſtis conſtituentes eccleſias venales et alia ſpiritu
alia pro precio dediſtis et vos nichil eratis intus vel extra niſi ſtan-
num plumbum et ferrum et in medio fornacis cordium veſtrorum
ſcoria argenti et auri facti fuiſtis pro eo ꝙ verſi eſtis in ſcoriam iā
dictam Ecce ego congregaui vos in cōgregacione argenti eris fer-
ri ſtanni et plumbi in medio fornacis inferni et ſuccendi ibi ignem
ad conflandū vos in furore meo et in ira mea et adhuc cōflabo vos
et congregabo et ſuccendam vos in igne furoris mei et cōflabami-
ni in medio eius Et dicēt paſtores A a a domine ne iraſcatur furor
tuus qui ſupra omnes es micors· nonne in nomine tuo demonia
ideſt peccata mortalia eiecimus et in nomine tuo ꝓphetauimus·
Et dicet iudex neſcio vos quomodo prophetaſtis in nomine meo et
demonia eieciſtis cum totum mundum veſtris falſis ꝓphetis pecca
tis et demonibus repleuiſtis· Nonne vicibus pluribus ſcidiſtis eccle
ſiam meam mendaciter aſſerendo verum meum vicarium ſūmum
pontificem predicte eccleſie non eſſe ſibiqꝫ alium in ātipontificē eli
gendo· quot reges in hijs errare feciſtis eciā et pplōs innumeros
ex quo homicidia adulteria exuſtiones ciuitatū et eccleſiarū deſola
ciones ac eciam odia et ſcandala grauia et innumera mala proue-
nerunt necnon et ſathanam et demonum congregacionem ad ipſa
mala pagenda de inferno ſoluiſtis· Nunquid in hijs ſceleribus voca
re poteſtis ſamariā et ſodomā ſorores veſtras· viuo ego dicit dn̄s
qꝛ non fecit ſodoma ſoror veſtra ſicut vos feciſtis et ſamaria dimi-
dium peccatorum veſtrorum non peccauit et eas viciſtis ſceleribus
veſtris et in omnibus abhominacionibus vr̄is iuſtificaſtis eas ⁊ ſic
viciſtis ſorores veſtras peccatis veſtris in omnibus abhominacio-
nibus ſceleratiꝰ agentes ab eis Item reddite michi racionem fruc-
tuū laborum veſtrorū et officij diuini· benedixiſtis me dn̄m in oī tē-

·pore ſepcies in die laudem dicendo· pauiſtis paup̄es de ſubſtancia
eccleſie mee vel ditaſtis cõſanguineos veſtros. Melius fuiſſet o de-
uoratores eccleſie mee ſi ad iſta attendiſſetis potius ꝙ ad proſti-
bula viſitanda et meretrices alendas ⁊ ab hijs alias nouas in do-
mos veſtras inducendas tanquã equus et mulus laſciuientes ⁊ cõ
putruiſtis in luxurijs veſtris ſicut iumenta in ſtercore ſuo et ma-
ue michi ſacrificaſtis carnẽ et ſanguinem meum eos ſumentes tã-
ꝙ ſi mundi ab omni crimine fuiſſetis· Judicium vobis manducaſ-
tis et bibiſtis· et quia ſi inimici hoc michi feciſſẽt et eccleſie mee ſuſ
tinuiſſem vtiqꝫ· et ſi hij qui oderant me ſuper me et eccleſiam me-
am magna locuti fuiſſent· abſcondiſſem me ab eis ſed vos vnani-
mes et noti mei q̃re hec egiſtis ·propter quod merito veni et mors
ſupra vos et deſcendetis in infernum viuentes · Jte a ſiniſtris ·
Jtem ipſe iudex grauius et aſperius redarguet omnes mendican-
tes et kukullatos qui renũciauerunt ſeculo et in eo laucius et põ-
poſius ſecularibus vixerunt peccando et cogentur reddere racio-
nem de vnoquoqꝫ capitulo regule eorum Secũdo faciet aduoca-
ri imp̄atores reges principes duces et alios qui prefuerunt popu
lis xpriſtianitatis· et eis cõparentibus dicet ipſe rex et iudex· Red
dite et vos eciam racionem regiminis veſtri · nõne et vos de pul-
uere paup̄es ſuſcitaui vt ſederetis in ſolio glorie ad iuſticiam pp̄lo
meo reddendã· qualem in pp̄lo meo feciſtis iuſticiã· Dicent reges
in ea ſecuti fuimꝰ leges ſacratiſſimas· Dicet iudex Quomodo le-
ges ſacratiſſimas ſecuti fuiſtis Nonne in cõſpectu veſtro filij pa-
trem et matrẽ cõtumelijs affecerũt Aduene calũpniabantur ⁊ pu
pilli ⁊ vidue cõtriſtabantur ſãctuaria mea ſpernebantur et ſabba
ta polluebãtur viri detractores fuerũt ad effundendũ ſanguinẽ ·
ſcelus operati ſũt in medio veſtrũ verecũdiora patris diſcoop̄ue-
runt imundiciã menſtruate humiliauerũt et vnuſquiſqꝫ in vxorẽ
proximi ſui op̄atus eſt abhominacionẽ et ſocer nurum ſuã pollu-
it nepharie ſuper ſororem ſuã filiam patris ſui oppreſſit in cõſpcũ
veſtro· munera accepiſtis ad effundendũ ſanguinem ⁊c et mei et
iuſticie mee obliti fuiſtis· Jtem inter vos ſemp̄ ꝓdiciones et con
iuracões fuerũt animas ſubditoꝝ vrõrum deuoraſtis preciũ acce
piſtis viduas mꝉtiplicaſtis ꝓpter qđ ſacerdotes mei cõtempſerũt

legem̄ meam et polluerūt ſcūaria mea· inter ſanctum̄ et ꝓphanū
non habuerūt differenciā· inter pollutum et mundū non intellex
erūt et a ſabbatis meis auerterūt oculos ſuos et ego rex regū co=
inq̄nabar in medio veſtrū· Et hec oīa euenerunt in regnis veſtris
ꝓpter vos et iniuſticias veſtras· q̄m eratis velut lupi capientes
predam ad effundendū ſanguinem et perdendas animas et qꝛ a=
uare ſectabamini lucrū· ꝓpter q̄ ego effundā indignacionē meam
ſuper vos et in igne ire mee cōſumam vos· Et dicent reges· Juſtiſ
ſime iudex placeat clementi maieſtati veſtre ī humili voce nos au=
dire· Manifeſta eſt noſtra confeſſio ꝙ veſtra benigna poteſtas fe=
cit nos ſuper populū veſtrum temporaliter dn̄ari ſed reminiſcatꝛ
veſtra ptās cū p̄mum regē inſtitueritis ſuper populū veſtrum iſra
heliticū per os ſamuelis ꝓphete clare vos dixiſtis· hoc erit ius re=
gis qui imꝑaturus eſt vobis Filios veſtros tollet et ponet in curri
bus ſuis facietqꝫ ſibi equites et precurſores quadrigarū ſuarum ⁊
conſtituet ſibi tribunos et centuriones et agroꝝ ſuorū aratores ⁊
meſſores ſegetū et fabros armorū et curruum ſuorū· filias quoqꝫ
veſtras ſibi faciet vnguentarias et focarias et panificas· agros q̊
qꝫ veſtros et vineas veſtras et oliueta optima tollet ⁊ dabit ſeruis
ſuis ·⁊c· vt primo regum lacius habetur· et dixiſtis dn̄e dicto po=
pulo· clamabitis in die illa a facie regis veſtri et nō exaudiam vos
Nūquid alio iure debet cenſeri ille rex a nobis· Ergo ſi ſūt iſta iu=
ra regum ꝓut ſupra apparet quid nobis imputatur ꝑ veſtrā ma=
ieſtatem· Jnter ipſos nobis ſubditos fecimus iuſticiā de eorundē
publicis criminibus exercuimus punicōes ſed de eoꝝ occultis cri=
minibꝰ noſtrum nō fuit iudiciū ergo quid nobis īputatur· Et di
cet iudex Non ſic impij non ſic· q̄m ſi ꝓtuli predicta verba populo
predcō per os ſamuelis ſerui mei pocius ꝓtuli ad terrorem populi
predicti ne regem temporalē preter me qui eram inter ipōs tēpo=
ralis et ſpūalis rex peterent ꝙ in iiuſticijs ſepedcis predicto regi
iuris facultatem preberēt· Jtē nonne cū imperiū totius terre de=
deri abrahe in ſempiternū ab aq̄lone et meridie ab oriente et occi
dente nunquid ſimilia verba ꝓtuli vel contraria vt geū· xiij· ⁊ xvij
Jtem q̄n poſui dauid ſuꝑ populum regem quale dedi ei preceptum
audiatis· Jnueni dauid ſeruū meum oleo ſcō meo vnxi eū· et po

nā eum excelſū pre regibꝰ terre· Si autem filij eiꝰ dereliq̄rint legē
meā et in iudicijs meis non ambulauerint ſi iuſtificaciones meas
prophanauerint et mandata mea non cuſtodierint viſitabo in vir
ga iniq̄tates eoꝝ et in verberibus peccata eoꝝ vt pſalmo lxxxviij·
Item et alibi predixi· Et nunc reges intelligite erudimini qui iu-
dicatis terram· Seruite dn̄o in timore et exultate ei cū tremore·
vt pſalmo ij· Creditis forte ꝙ ad hoc dederī reges in populo meo
vt calumpniaret᷑ populus ab eis vł vt iiuſte regeretur·ſed vos cre
ditis alio iure vti mecū q̄ alij reges vſi fuerunt·quod nō poteritis
Vnde cū mandata mea non cuſtodieritis et legem meā non obſer-
uaueritis non ſine cauſa protuli in iuſticia loquēdo ꝙ facilius pote
rit camelus per foramē acus intrare q̄m diues paradiſum· licet in
miſc̄dia aliud fuerit obſeruatum ·iō vos reges itote a ſiniſtris

Hic coīs populus xp̄ianus euocatur ad iudicium Et primo agi
tur de iudicibꝰ ·deīn de teſtibus falſis ·preterea de lenis et lenoni
bus ·poſt hec de guloſis et fornicatoribus capłm lviij

POſt hoc ſub tube clangore ſuum populum xpriſtianum fa
ciet euocari · quo coram iudice comparente in terribilita-
te furoris ſui dicet ei Coram me multiplicate ſunt iniqui
tates veſtre et peccata veſtra reſponderunt vobis · manus veſtre
pollute ſunt ſanguine ·et digiti veſtri iniquitate· labia veſtra locu
ta ſunt mendacium et ſcelera veſtra vobiſcum ſunt et cognouiſtis
peccare blaſphemare et mentiri contra deum · Ecce agnitio vul-
tus veſtri reſpondebit vobis quoniam peccatum veſtrum quaſi pec
catum ſodome predicaſtis · et illud non abſcondiſtis de operibus
manuum veſtrarum reddentur vobis mala· Et inde vertet ſe
ad iudices qui iudicauerūt in populo ſuo et dicet Ve vobis iudices
qui iuſtificaſtis impium pro muneribus et donatiuis et iuſticiam
iuſti abſtuliſtis ab eo quare leges meas fideliſſimas in veſtris iniuſ
ticijs meretrices feciſtis et venales q̄ fuerunt perfecte· Iudicium
et iuſticia habitauit in eis· vos autem vt homicide habitaſtis in e-
is · quare iuſtum argentum vertiſtis in ſcoriam et vt ſocij furum
ſemper infideles fuiſtis Retribucionem pupillis non iudicaſtis·
viduarum iudicium non ingrediebatur ad vos· O vtinā dilexiſſe-
tis iuſticiā et iniquitatem odiſſetis· Poſt hec vertet ſe ad aduo-

catos et alios iuriſperitos qui in via legis nō ambulauerunt et dicet · Ve vobis iuriſperitis qui in veſtris conſilijs condidiſtis leges iniquas et ſcribentes iniuſticiam vt pauperes opprimerentur in iudicio et vis fieret cauſe humilium populi mei et dabatis in predā viduas et pupillorū diripiebatis ſubſtanciam O vtinam in cōſilio veſtro legis cōſiliū cogitaſſetis Poſt hec vertet ſe ad teſtes fallaces et alios in falſo verbo loquētes et ope exequentes et dicet Ve vobis qui dixiſtis bonum malum· et malum bonum· ponentes tēbras lucem et lucem tenebras· ponentes dulce in amarum et amarū in dulce trahendo duxiſtis iniq̄tatem in funiculis vanitatis· et in vinculo plauſtri peccatū· O vtinam non tāq̄ teſtes iniqui īſurrexiſſetis quia nunc nō mentiretur iniquitas vobis · Poſt hec vertet ſe ad lenas et lenones et dicet eis · Miſiſtis ſuper populum ſortem et poſuiſtis puerū in proſtibulo et puellam pro vino vendidiſtis · Item dicet omnibꝰ guloſis et fornicatoribꝰ qui pociꝰ igluuiei q̄ deo ſeruiebant · Ve vobis qui potentes fuiſtis ad bibendum vinum et viri fortes ad miſcendam ebrietatē · ecce gaudium veſtrum et leticia veſtra eterna · Occiderunt vitulos et arietes iugularūt · comederunt carnes et biberunt vinum dicentes · Comedamus et bibamus cras enim moriemur quia non eſt refugium in fine hoīs et non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis · q̇a ex nichilo nati ſumus et poſtea erimus tāq̄ ſi non fuerimꝰ · flatus ē in naribus noſtris et ſermo ſcintille ad cōmouendum cor noſtrum quia extinctꝰ cinis erit cor noſtrū et diffundetur ſpiritꝰ tamq̄ mollis aer · et trāſiet vita noſtra tamq̄ veſtigiū nubis et ſicut nebula diſſoluetur que fugata eſt a radijs ſolis et nomen noſtrū obliuionem accipiet per tempus et nemo memoriam habebit opm noſtrorum Venite ergo et fruamur bonis que ſūt et vtamur creatura tamq̄ in iuuentute celeriter · vino precioſo et vngentis nos impleamus et non pretereat nos flos tpis · Coronemus nos roſis anteq̄ marceſcant · nullum pratū ſit q̇d non pertranſeat luxuria noſtra · nemo noſtrū ſit exps luxurie noſtre · vbiq; relinquamꝰ ſigna leticie noſtre · qm̄ hec ē ſors noſtra · Opprimamus iuſtum paupem et non percamus vidue O impij hec dicentes · vtinam ſigna dicte leticie temporalis in totū reliquiſſetis vt eam nūc in patria vite perpetue haberetis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

Hic agit᷑ cõtra illos q̇ d̄ ſpolijs paupeꝝ vixerēt ⁊ d̄ moīalib⁹ Ca lviij

ITē dicet ad illos q̇ ſp ſupbe in paupeꝝ viroꝝ ſpolijs vixerēt
Ve vobis q̇ depdati eſtis humiles ppl̄i mei nõne ⁊ vos nūc
depdabimini · et q̇ ſpreuiſtis nõne et vos ſpernemini Sup
bia vr̄ā ⁊ arrogācia veſtra plus q̄ꝫ fortitudo vr̄ā · ⁊ nūc ponā in nari
b⁹ veſtris circulū ⁊ in labijs veſtris frenū · ⁊ vos ad locū illū dedu=
cam ad quē ire n̄ vultis · Item in iracūdia magna dicet ſacratis mo
nialibus q̄ pudiciciā virgitatis nō ſeruarūt Nõne vos fuiſtis filie v
nius matris eccleſie · q̄re et fornicate fuiſtis in ſcūarijs meis · in ado
leſcēcia veſtra fornicate fuiſtis · ibi ſubacta fuerūt vbera vr̄ā · et fre
giſtis mām̄as pubertati s veſtre et quod peius eſt filios et filias pe
pſtis et feciſtis imunda muliebria et fornicate fuiſtis cū filijs eccl̄ie
fratribus veſtris viris magnaꝝ carniū · ⁊ fuiſtis fcē n̄ ſolū q̄ſi mere
trices faſtidioſe augeñ preciū · ſed q̄ſi mulieres adultere q̄ ſup̄ viros
ſuos ducūt alienos Oib⁹ meretricib⁹ dant᷑ mercedes vos aūt dediſ
tis mercedes cūctis amatorib⁹ veſtris et donabatis eis vt intrarent
ad vos vndiq̧ ad fornicandū vobiſcū · feciſtis cõtra conſuetudineꝫ
meretricū in fornicationib⁹ veſtris Ecce nūc congregabo ait iudex
omnes amatores veſtros magnaꝝ carniū viros quib⁹ cõmixti eſtis
et omnes quos dilexiſtis cū vniuerſis quos oderatis et aggregabo
eos ſup vos et nudabo ignomimiā veſtrā corā eis et videbūt oēs
turpitudinem veſtram et dabo vos in ignem formidinis et zeli ·

Hic agit᷑ de mulierib⁹ maritatis matrimoniū frāgentib⁹ de mulie
ribus ornamentis et precioſis veſtibus Ca lix ·

POſt hec vertet ſe ad mulieres matrimonialiter viris copu=
latas que fidē cõiugij violauerūt et dicet ipſe iudex Nunc e
go annuncio vobis ſcelera veſtra enormia q̄m grauiter
adulterate fuiſtis ⁊ nunc ſanguis adulterij veſtri in manibus veſ=
tris · ¶ Nunquid vos miſiſtis ad viros delonge venientes · ad quos
nuncios lenones miſeratis · et cum ipſi veniſſent ad vos circūliniſ=
tis oculos veſtros atq̧ vos ornate eratis modo muliebri · ſediſtis i
lecto florido et pulcherrimo et āte vos menſa delicatis ornata ci=
bis · thimiama et vngentū poſuiſtis ſuper vos et vox multitudi=
dinis exultantis erat in vobis · poſuiſtis armillas in manibus veſ=
tris et coronas ſpecioſas in capitibus et cum eis adulterate fuiſtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

ve vobis attrite in adulterijs edificaſtis vobis lupanar feciſtis vo
bis pꝛoſtibulum in cunctis plateis ad omnem exitum vie edificaſ-
tis ſignum pꝛoſtitucionis veſtre et abhominabilem feciſtis decoꝛeꝫ
veſtꝝ et dimiſiſtis pedes veſtros omni tranſeūti Ecce ego ait iudex
extendam manum meam ſuper vos et dabo vos in animas odien-
cium vos filiarū populi mei que propter eaꝝ pudicicias erubeſcūt
in via veſtra ſcelerata Alijs vero mulieribus que ſe in veſtibus auri
et argenti aliiſqꝫ precioſis oꝛnamentis oꝛnauerūt dicet ipſe iudex.
O filie populi mei ſatis fuiſtis eleuate in oꝛnamentis veſtris que
ambulabatis extento collo et nutibus oculoꝝ ibatis ⁊ plaudebatis
et pedibus veſtris compoſito gradu incedebatis nunc vero decal
uabo verticem capilloꝝ veſtroꝛum et crines capitum veſtroꝝ nuda
bo et auferam oꝛnamenta calciamentoꝝ ⁊ aureas torques et moni
lia. armillas et mitras diſcriminalia et olfactoria et anulos et gē
mas in fronte pendentes et mutatoꝛia palliolas et ſpecula. et erit
vobis ꝓ ſuaui odoꝛe fetoꝛ. ꝓ zona funiculus et ꝓ criſpanti crine cal
uicium et pꝛo faſcia peccatorali cilicium. Item ipſe iudex in ira ter
ribili arguendo loquetur amātibus ſemetipſos tm̄. et alijs cupidis
et elatis ſuperbis blaſphemis et illis qui non obedierunt parētibꝰ
ingratis ſceleſtis ſine affectione ſine pace criminatoꝛibus inconti-
nentibus vſurarijs immitibus ſine benignitate pꝛoditoꝛibus ꝓter
uis ceteriſqꝫ amatoꝛibus voluptatum magis ꝙ dei habentibus au-
tem ſpeciem pietatis virtutem autem eius abnegantibus et pene-
trantibꝰ domos et captiuas ducentibus mulieres oneratas pecca-
tis et omnibus hijs dicet Ite a ſiniſtris

Rñſio populi criſtiani Ca lx Hic vide de triplici elemoſinarū genere

VNde peccatoꝛes omnes ſui populi dicēt Iuſtiſſime iudex ne
placeat in furoꝛe veſtro arguere nos neqꝫ in ira coꝛripe qm̄
verba veſtra ſunt nobis ſagitte infixe et licet fuerimus et ſi
mus peccatoꝛes eciam vltra ꝙ vos dixeritis domine et iuſte noſtris
demeritis ſentencia veſtra nos dampnauerit tamen ſumus et fui-
mꝰ ſub baptiſmo conſtituti patris et filij ⁊ ſpūs ſancti vobiſqꝫ i tri
nitate credimus vnde mementote domine quod ex oꝛe veſtro ſcō ꝓ
tuliſtis Niſi renati fueritis ex aqua et ſpiritu ſcō non intrabitis in
regnum celoꝛum Ac eciam dixiſtis Qui credit in me eciā ſi moꝛtuꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

fuerit viuet Nonne fuimus renati ex aqua et ſpū ſcō Item clarius
dixiſtis · beati qui non viderunt et crediderūt A certo nūq̄ vos vidi
mus in corporea carne niſi nunc et vobis credidim⁹ et in tali credu
litate manſimus vſq; ad vite noſtre exitum Ergo ſi mortui fuimus
in p̄dictis peccatis per fidē quam in terris habuimus nūc ad glori=
am in veſtra miſericordia reſurgere debemus eciam ad vitam per=
petuam cum in fide noſtra peccata quātācūq; mortalia dimittātur
et cum vos domine ſciebatis figmentum noſtrū quia pocius proni
eramus ad peccandum q̄m ad aliquid boni faciendum et inimicus
noſter puerſe nos ſic ē in malo perſecut⁹ · Nūquid dn̄e irritum facie
tis verbum veſtrum cum alias dixeritis · ⁊ q̄ p̄cedunt de labiȷ́s meis
non faciam irrita p̄pter que merito dicimus q̄ licet peccatores fue
rimus et ſimus · et propter predicta peccata fuerimus et ſimus eci
am in inferno dampnati tamen miām veſtram poſſumus p̄merere=
ri vt a tenebris abyſſalib⁹ liberemur q̄m oīm dominus eſtis teſtan
te p̄pheta · Omnia quecūq; voluit fecit in celo et in terra et in om=
nibus abyſſis infernalibus Nonne ieiunauimus / elemoſinam dedi=
mus / eccleſiam veſtram viſitauimus ⁊ alia bona opera fecimus que
melius ſunt menti veſtre manifeſta q̄ ore noſtro ea pandere poſſu=
mus cum renum et cordium ſcrutinium habeatis Et iudex reſpon
debit eis dicens Licet baptiſmū vos habueritis tamen eū multis ir=
ritacionib⁹ maculaſtis cū in eo renunciaueritis ſathane et omnib⁹
opibus eius ac eciam p̄miſeritis in dicto baptiſmo mea mandata
ſeruare et ſanctam legem meam cuſtodire tn̄ vos retro reſpicientes
magis ſathane ſeruiſtis q̄ in lege et mandatis michi volueritis obe
dire Nonne vos in veſtris maliciȷ́s et incātacionib⁹ dictum ſathanā
tamq̄ deum inuocaſtis fantaſtica reſponſa ab eo querentes tamq̄m
predictis demoniȷ́s ardentiſſimo amore copulati · Potuiſtis ne mi=
chi et predicto mām̄one ſeruire qui totaliter michi contrarius fuit
q̄a ſi ego colligebā ipſe vero diſpergebat et alia in eo feciſtis que lō
gum eſſet michi narrare per ſingula · Vos ipſi ſcitis ſi baptiſmum
meum ſeruaſtis illeſum vel ſi totaliter maculaſtis eundē · Nunquid
mandata mea ſeruaſtis vel pocius me in eis offendiſtis · Poſſum
ne vos laudare q̄ quociens vobis aliquid ſiniſtrum et triſte accide=
bat in eo michi ſemper benedixiſtis · Eſtne verum p̄mmo me veſtro

ore polluto et immundo veſtrum creatorem peſſimis maledictio-
nibus dehoneſtaſtis · Nūquid in hÿs legem et mandata mea obſer-
uaſtis? nonne ſciuiſtis ꝙ non ille qui dixerit michi domine domine
intrabit in regnum celorum · ſed qui fecerit voluntatem meam et
patris mei · Si ieiunaſtis / vobis ieiunaſtis et non michi · quia ad li
tes et contenciones ieiunaſtis et percuſſiſtis pugno impie · Nūquid
tale eſt ieiunium quod elegi per diem affligere animam ſuam · nun-
quid cōtorquere quaſi circulum caput ſuum et ſaccum et cinerē ſter-
nere elegi? ſed hoc fuit ieiunium quod elegi · diſſoluere colligacio-
nes impietatis ſoluere faſciculos deprimentes dimittere eos qui cō
fracti ſunt liberos · onus dirūpere / frangere eſurienti panem ſuum
egenos vagoſqꝫ ducere in domum ſuam / nudū coopire et carnē ſuaꝫ
non deſpicere · et eos qui taliter ieiunauerunt gloria domini colle-
git · ipſi me inuocauerunt et ego exaudiui eos clamauerunt et dixi
eis · adſum · Feciſtis ne vel obſeruaſtis viuentes in terris hec omnia
Si feciſtis elemoſinam pocius eam ad humanam gloriam feciſtis ꝙ
ad dei obedienciam · quoniam ipſe precepit dicens · abſcondite ele-
moſinam in ſinu pauperis et ipſa orabit ꝑ vobis ad dn̄m Sed qn̄ fe
ciſtis talem elemoſinam nōne feciſtis ante vos tubam canere ꝓpter
quod viuentes in mundo mercedem ex ea recepiſtis · Item cum ſint
tria genera elemoſine · vna corporalis · egenti dare quicquid pote-
ris Altera ſpiritualis · dimittere a quo leſus fueras Tercia · delin-
quentes corrigere et errantes in viam reducere veritatis · Nūquid
vos hoc feciſtis · viſitaſtis infirmos pauperes · iuiſtis ad carceri mā
cipatos · operuiſtis nudos · potaſtis ſicientes / pauiſtis eſurientes
et alia vere tolerancia eſſet in vobis ſi paupertas vos excuſaſſet ſed
in multis et alÿs fuiſtis locupletantes et pocius dediſtis conciona
toribus hiſtrionibus ioculatoribus cithariſtis procacibus et mere-
tricibus ꝙ̈ pauperibus meis dederatis querentes pocius ex hÿs va
nam et tēporalem gloriam acquirere ꝙ̈ celeſtem et ꝑhennem heredi
tatem · et in tali luxuria ſemꝑ ardenter vixiſtis vſqꝫ ad vite exituꝫ
ſeruaſtis pocius mandata dyaboli que cum iuramento in baptiſ-
mo abnegaſtis ꝙ̈ mea que in fide ſpontanea obſeruare promiſiſtis
Vtinam in mundo viuentes de predictis peccatis feciſſetis peniten
ciam cum cū cordis dolore et ſpiritus afflictione tunc licite poſſē vo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

bis pie miſereri · ſed tāq̄ obſtinati in malo de mea mīa diffidentes
et peccātes in ſpiritu ſancto hoꝛum penitenciam neglexiſtis · Nōne
in miſericoꝛdia latronem de cruce tuli et poſui eum in paradiſum
quia dixit moꝛiens · domine miſerere mei Nonne petrum me negā
tem et poſtea in lacrimis penitentem reſpexi · eciā in eiſdem lacri-
mis omnia peccata marie magdalene parcendo dimiſi · quare vos
hĳs ſimilia non feciſtis in ſeculo viuentes · A certo non dilexiſſem
vos minus ſi pꝛedicta feciſſetis q̄ ſepedictos dilexerim Dicent pec-
catoꝛes Mirabile videtur ꝙ in tuo ſācto baptiſmo conſtitutus quā
tūcūq; pꝛematur peccatis dampnari poſſit Et dicet iudex Nolite in
hoc mirari quoniam ex duodecim apoſtolis meis vnus perĳt · ac e-
ciam in nupcĳs filĳ regis in quibus foꝛte centum milia hominum
erant et vnus nō habens veſtem nupcialem miſſus fuit in tenebꝛas
exterioꝛes · Ideo in vobis non ſit vltra os loquēdi q̄m mani-
feſte iniquitas calcanei veſtri vos circumdat ideo ſeꝑamini.

Hic parat ſe iudex ad ſnīaz in peccatoꝛes ferendam cꝰ iudicis irā
et indignacionem magnam mīa conſiderans ſe ꝑ vtriuſq; teſtamen
ti peccatoꝛibus interponit terribilem iudicē vt in ꝓceſſu cōſequēter
patz ſit allocuta heu heu heu · Ca lxi

Quibus quidem ſic pactis parabit ſe iudex ad ſentenciā ī pec
catoꝛes ferendam · de qua condolens dicet Heu conſolaboꝛ
de hoſtibus meis et vindicaboꝛ de inimicis meis Vnde mi-
ſericoꝛdia videns iudicis iram et eius magnam indignacionem cō-
tra vtriuſq; teſtamenti peccatoꝛes et eundem iudicem ad ſentēciaz
in pꝛedictos peccatoꝛes fulminandam paratū ilico terribilis iudi-
cis pꝛeſenciā audacter adiuit et flebili clamoꝛe ip̄a inſonuit dicens
heu heu heu dn̄e deus ecce tu feciſti celū et terrā in foꝛtitudine tua
magna et in brachio tuo extento non erit tibi difficile omne verbū
qui facis miſericoꝛdiam in milibus et reddis iniquitatem patrum
in ſinum filioꝝ eoꝛum poſt eos · Foꝛtiſſime et magne potencie deus
dominus exercituum nomen tibi magnus cōſilio et incōpꝛehenſibil'
cogitatu cuiꝰ oculi apti ſunt ſuꝑ oēs vias filioꝝ ade vt reddas vni-
cuiq; ſecundū oꝑa ſua Tu domine feciſti eos tibi populum et ipoſu
iſti eis circūciſionem ꝑ abꝛaham famulum tuū et legem ꝑ ſeruū tuū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

moyſen Nonne tu domine dixiſti abrahe · eritq; pactū meum in car
ne veſtra in fedus eternum Maſculus cuius prepucij caro circūciſa
non fuerit delebitur anima illa de pplo meo · exodi xvij Ergo dn̄e ſi
fedus circumciſionis eternum ē ſine ꝑ̄finicione tpis ergo eternalit̄
pmanere debebat Itē dn̄e pplo tuo precepiſtis p os famuli tui moi
ſi dicens Cuſtodite leges meas atq; iudicia et facite ea ne et vos euo
mat terra quam itraturi et inhabitaturi eſtis vt leuitici xx Nūquid
domine populus iſte ſub veſtra lege conſtitutus cōtra legem peccās
ſecundum eam vel vltra legis penam debuit puniri · Certe credo q;
ſecundum legem veſtram debuit puniri et non vltra · q̄ lex eſt mltū
grauis in ſuis penis et maledictionibus de quibꝰ habetur deut xxv
Nunquid dn̄e maledictiones legis populū veſtrum leges et manda-
ta veſtra in lege ſcripta non obſeruantem apprehenderunt · Non-
ne dn̄e iſrahelitica terra multis vicibus prebuit ſe calcabilē inimicis
incircūciſis dure dictum populum affligentibus Item nonne terra
iſrahelitica a ſe euomuit dictum populum peccantem in babiloniā
per ſpacium annorum lxx quia legem tuam dn̄e non cuſtodiuit · nō
ne dn̄e ꝓpterea abhominatus fuiſti populum tuum et hereditatem
tuā et poſtea vidiſti cū tribularetur dictus populus et eius oracōnē
exaudiſti et memor fuiſti teſtamenti tui et penituit te ſecundū mul
titudinē miſericordie tue hec feciſſe in dicto populo tuo et dediſti e
os in miſericordias Et pꝰ hec domine pplm hūc peccātem et ſecūdū
legem flagellatū in ſanguine tuo moriens eduxiſtis de lacu inferna
li ad celeſtem et ꝑpetuā gloriā vt zacha ix · Et hec dn̄e fuerunt vſq;
ad tempus quo carne aſſumpta humana | pro toto genere humano
mortem ſubire voluiſti · in qua carne viuens et cū hominibꝰ cōuer-
ſans legem ⁊ cerimonias atq; generalē baptiſmū inſtituiſti vt ꝓphe
ta promiſſus in lege Unde domine ſi iudei et iſrahelite te vt prophe
tam noluerunt audire in predicto baptiſmo ſed pocius permanere
in circūciſione legis · nūquid ipſi propter hoc intm̄ dicātur reprobi
q; nunc in regeneracione et iudicio veſtris vitam eternam promere
ri non poſſint · quod ſic cū reuerencia probo Si predicti iudei nolu
erūt te ꝓphetā ꝓmiſſum in lege audire in baptiſmo fecerūt cōtra
legem q̄ precipitur dicto populo in hec verba · ꝓphetā ſuſcitabo vo
bis de medio frm̄ veſtrorum · ſi qs non audierit prophetā illū dicit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

dn̄s ego vltoꝛ exiſtam vt deuꝫ xviij. et quia lex iſta certam vlcōnem
non expꝛimit ergo intelligendum eſt de vlcione quam lex imponit
legem et mandata dei non ſeruantibꝰ ſicut ipſa lex in hijs verbis oſ
tendit dicens. Seruate leges meas et mandata mea ne et vos euo=
mat terra quam intraturi eſtis ad habitandum vt leuitici xx Ergo
domine ſi iudei et iſrahelite te ꝓphetam in lege ꝓmiſſum in bap=
tiſmo audire noluerunt. nonne poſt moꝛtem et aſcenſionē veſtraꝫ
terra iſrahelitica ſecundum ſentenciā legis euomuit a ſe p̄dcōs iu=
deos et iſraheliticos in peſſimis legis maledictionibus et ad ſe non
recipiet donec inflammati ſpiritu ſancto penitencia ducti dixerint
Benedictus qui venit in nomine domini. ꝛ veſtrum ſanctū baptiſ
ma ſuſcepint Nūquid domine ſi circūciſio fuit dicto populo iudaico
in fedus eternū data et ipſe populus circūciſus. delebūtur ne ani=
me ipſoꝝ a te vt de iure legis vitam perpetuam ꝓmereri nō poſſit
quia ſacrum veſtrum baptiſma nō receperunt Ergo dn̄e crederem ꝙ
non deberet deleri eciam non obſtante ꝙ tu dn̄e fueris cauſa ꝑfidie
eoꝝ. quia deus in aduentu tuo in carne precepit tibi dicens Aggra
ua coꝛ populi huius et oculos eius execa et aures claude ne foꝛte vi
deat et intelligat et ſanem eum vt yſaie vi de iure legis in ſangui=
ne tuo qui eſt federis teſtamenti teneris pꝛedcōs iudeos educere de
lacu infernali ſicut eduxiſti eoꝛum pꝛedeceſſoꝛes iudeos tempoꝛe
moꝛtis et reſurrectionis veſtre de eodem lacu infernali. Nonne tu
domine voluiſti circūcidi necnon et baptizari non ꝙ pꝛopter baptiſ
mum repꝛobaueris circumciſionem ſed ad oſtendendum ꝙ circum=
ciſio tante efficatie non erat ꝙ portas padiſi apire potuiſſet cū ſāc=
ti patres eciā circumciſi et non baptiſati in inferis mancipati a pꝛe
dictis inferis non in baptiſmo aque ſed in ſanguine tuo qui eſt fede
ris teſtamenti educti fuerūt ad vitam ꝑhennē: de quo ſanguine fede
ris habetur exodi xxiiij Nonne deus deſponſauit ſibi dictum popu=
lum in ſanguine tuo domine dicens. ſponſus ſanguinis tu michi
es vt exodi quarto c Ergo domine cum reuerencia loquendo credo
populum pꝛedictum circumciſum et non baptiſatum de iure legis
licite ſaluari poſſe. Et licet ipſi querentes moꝛtem tuam dixerunt
ſanguis eius ſuper nos et ſuper filios nrōs tū in ſpū lenitatis a=
liter debet intelligi videlicꝫ vt moꝛiatur qꝛ ſāguis eius ē ſuꝑ nos et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

ſuper filios noſtros in ſaluacione ꝑpetua ſicut illud cayphe ·expe-
dit vnum hominem mori pro populo vt non tota gens ꝑeat

ITem deus ſtatuit pactū federis ſempiterni cum abraham et
ſemine eius vt geneſis xvij · ſed dictum ſemen abrahe ipſe deus ſu-
um appellauit filium vt exodi quarto · vt ibi· Filius meus primo
genitus iſrahel dixi · dimitte filium meum vt ſeruiat michi · Ergo
ſemen abrahe eſt federis ſempiterni et ipſum ſemem eſt filius dei vt
ante iam dictum eſt· ergo ipſe filius ſemen abrahe eſt federis ſem-
piterni· Nunc vero ſi ipſe filius ſemen abrahe deo peccauit quoniā
promiſſum in lege contra legem recipere noluit tamen propter h̄
non deſinit eſſe filius licet peccauerit Nūquid ſi poſtea fecerit quod
iuſtum eſt promiſſum in lege recipiendo dicetur ne probus filius ł
reprobus Certe probus dicetur miſericordiam conſequetur qui in
amplexu et oſculo dei erit· et induet eum ſtolam primam baptiſma
lem quia pro eo interfecit vitulum ſaginatum ideſt criſtum vitulū
nouellum cornua ideſt poteſtatem vtriuſqꝫ littere producentem et
vngulas fiſſas quod eſt diſcernere verū a falſo in eiſdem· Nunquid
totus filius erit miſericordiam conſecutꝰ ł pars filij Certe totꝰ fili
us Preterea idem eſt populꝰ qui fuit in egipto in deſerto et ī ter-
ra promiſſionis qui fuit in criſti crucifixione et qui erit in eiuſdem
obia quod ꝓbo Populꝰ iſrahelititicus iureiurando promiſit gabao-
nitis malum non inferre poſtea ꝑ quadraginta annos ꝑ regem ſaul
fracto iuramento multi ex eis interfecti ſunt· Nonne ꝓpter hoc to-
tus populus famem ꝑpeſſus eſt a deo Ergo videtur ꝙ idem popu
lus eſt nūc qui fuit tunc vt ij regū xxi Hec eciā teſtāt² leges humane
vij q i·deniqꝫ·xvi di hab·ff de iudi proponebatur·et de ſen ex ſentē-
cia li vi·vbi dicitur ꝙ populus hodie eſt idem qui fuit ante centum
ānos licet aliqui dicant ꝙ in iuramento nō ſit idem populus quod
reꝓbatur vt ſup̄ Ergo ſi idem eſt populꝰ q̊ fuit et erit proculdubio
peccatoets p̄dicti populi ſaluari debent ꝑ penitenciam ſucceſſoꝝ de
eodem populo qui ſemen abrahe eſt Nonne ſcriptum eſt ꝙ apud de
um copioſa eſt redēpcio et ipſe redimet iſrahel ex omnibus inīqtati-
bꝰ eius Quis iſrahel niſi ſemen abrahe et non tm̄ ipſi ſꝫ et lapides e
oꝝ ⁊ terre miſerebuntur in reedificacionibꝰ eoꝝ Itē paulꝰ ad roma
nos hanc diſputās queſtionem concludendo dixit ꝙ deꝰ ōnia cōclu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

ſit in incredulitate vt omniū miſereatur

Hic iuſticia loq̄tur rn̄dendo miſericordie ad predcā ca. lxij

Quibus q̄dem dictis ilico aſſurgens iuſticia et ante iudicē genuflexa ayt . Omniū rerum ſūme opifex licet verba miſericordie videantur audienciū aures demulcere tamē de iure legis hoc p̄ncialiter audientibus aliter oſtendam cū ip̄a lex dicat ſi quis non audierit ꝓphetam illū ego deus vltor exiſtā et non dixit q2 lex vlciſcetur . cuius dei vlcio eſt alia a legis vlcione cū ipſe ſit vltra legē vt per ſe patet . ſed vlcio dei eſt in delinquētes vt tartarus eos capiat vt p̄s ix . Conuertantur peccatores in īfernū omnes gētes q̄ obliuiſcuntur deū . ſed cum ipſe deus dixerit ī lege ego vltor exiſtā . q̄d eſt intelligendum in dampnacionē ſed predicti iudei noluerūt predictum ꝓphetā audire ergo ipſi iudei ꝑ legē dāpti ſaluari non p̄nt . Nonne ipſe ꝓpheta et noſter iudex in ſignis et miraculis mirabilibus ſe dcō populo oſtendit ac eciam demonia publice de eo teſtificata fuerunt dicencia quia hic eſt criſtus . A certo ipſorum iudeorū nulla eſt excuſacio cum ipſe ꝓpheta dixerit p̄dictis iudeis . niſi renati fueritis ex aqua et ſpiritu ſancto regnū dei non intrabitis . Fuerunt ne ipſi iudei renati vt proxime dictū eſt Ergo quomodo poſſūt ipſi de iure legis ſaluari cū ipſi legem nō obſeruauerunt . Si predeceſſores eorū in ſanguine iudicis noſtri ſaluati fuerunt de iure legis ſaluati fuerunt q̄m ipſi viuentes in carne non viderunt nec audierunt dictum ꝓphetā baptiſmum p̄dicantem ſed iſti audierūt ⁊ viderunt . Itē aduertatis ad me quid dicit ſcriptura . ſup tribus ſceleribꝰ iſrahel et ſup quartū non conuertam eum ꝓ eo ꝙ vendiderit iuſtū pro argento . vt amos ij . ſed iſti iſrahelite vendiderunt dn̄m ihm virum iuſtū ꝓ argento de quo ſentit ipſa ſcriptura . ergo cōuerti non pōt ex dei ſentencia . ymo ꝑ os dicti ꝓphete predcūs iuſtꝰ inꝓperando dcīs iſrahelitis dicit Ego autē exterminaui amorreū a facie eorū et ipſi me vendiderūt Ego ſū qui feci eos aſcendere de terra egipti ⁊ duxi eos in deſerto xl annis ad poſſidendā terram amorrei . ego ſuſcitaui de filijs eorꝫ ꝓphetas . nūquid non eſt ita o iſrahelite . et ipſi me vendiderūt . ergo non conuertam eos dicit dominus vt in ſupradicto ca . habetur ergo quō poſſunt ſaluari iam iudicati ex ore dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

Hic miſericordia rūdet iuſticie ad ꝓxime dcā ca. lxiij
Ayt miſericordia. Soror iuſticia ſicut iam ſupradixi deus
eſt in ipſa lege et lex in deo cum verbum prolatum a deo fu
erit. ideo cum ipſe dixerit legem promulgando. ego vltor
exiſtam .i. lex dixit et deus dixit. ſed penam ſeu vlcionem legis ip-
ſi iudei paſſi ſūt qꝛ dictū ꝓphāꝫ noluerunt audire. Ergo ſi tu iuſti
cia velꝫ eē rigoroſior ꝙ ſit lex i hꝰ nō eris iuſticia ſed crudelitas. Ad
aliud qđ dicis ꝙ iudex noſter ꝓtulit dictis iudeis dicens. niſi rena
ti fueritis ⁊c. quod nō eſt intelligendū de ſuperceleſti celorum reg
no. cum regnū ſacerdotale dicatur eciam regnum celorū quod reg
num tranſlatum extitit a predictis iudeis ad ipſas gentes. in qđ
regnum numꝙ iudei intrare potuerunt ſed ſemper fuerunt extra
quouſqꝫ renati fuerant ex aqua et ſpiritu ſancto. Et planius con
cedo ꝙ qui erat extra iſtud regnum celorum eciam et extra regnū
celorum ſuperceleſte erat. et ſic iudei extra iſtud regnum ſacerdo-
tale cōſiſtentes dampnati fuerunt et quia fuerunt eciam extra ſu
perceleſte regnum celorum. ſed tn̄ dicti iudei expectauerunt ⁊ cre-
diderīt venturū ſicut patres antiqui eoꝝ crediderūt et tn̄ in infer-
no fuerūt. ⁊ qui ſi vixiſſent vſqꝫ ad tempꝰ aduentus ꝓphe criſti tā
tum credidiſſent ipſi criſto qūtum et iſti crediderunt tn̄ criſtus ꝓ-
pheta aggrauare debebat corda iudeoꝝ ⁊ eoꝝ oculos excecare ⁊ au
res claudere. Nōne antiq patres eorū interfecerunt eciam ſcōs ꝓ-
phetas a deo miſſos ſicut yſaiā et iheremiā et alios ꝙplures. et ſi
dci antiqui et ſcī patres in īferno dampnati fuerunt tn̄ in ſangui
ne teſtamenti fuere ſaluati de inferno. ergo et iſti. Dicito michi o
iuſticia quid habuit ſignificare de latere criſti iudicis noſtri ſāgui
nē et claram aquā emanaſſe| ait iuſticia. Neſcio. Ait mīa. Poſtꝙ
neſcis te docebo. ſanguis ille fuit ſanguis federis vt ſupradcm̄ eſt
in quo omnes circūciſos non preuaricatores legis et a deo et lege
nō fornicatores educere debebat de inferno. aqua illa fuit fede-
ris genciū populi in qua ipſe dcās gentes in populū ⁊ regnū debe
bat hereditare vt yſaie liij. c ſic. Glorioſus erit inter viros aſpcūs
eius et forma eiꝰ inter filios hominū. Iſte aſperget gentes mul-
tas. ſuper ipm̄ continebūt reges os ſuum qꝛ quibus nō eſt narra-
tū de eo videbūt et q non audierunt cōtemplati ſūt et eciam ipſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

xp̄s dixit· ite et baptiſate om̄s gentes et pretermiſit populū iſra-
heliticū qui debuit exprimi cum ſemꝑ inter ipſos duos populos fu
erit diſti nctio · de quibus ſanguine et aqua habetur figura leuiti-
ci xiiij in fine · vbi ſacerdos legis in ſanguine et aquis viuentibus
aſpergebat leproſum et mundabatur · ita xp̄s legis ſacerdos aſper
gens de ſuo latere ſanguinem et aquā viuam mundū leproſum in
peccatis mundauit et lauit Ad illud qđ dicis de iiij · ſceleribus ⁊c·
tu iuſticia debes ſcire te informādo de ipſis ſceleribus · ꝙ primū ſce
lus poſt habitam terrā ꝓmiſſionis fuit in tabernaculo ſilo vbi de-
us habitauit cui preerat heli · cuius filij ſacerdotes retraxerūt po-
pulum a ſacrificijs ex quo in ſcelere populi archa domini a philiſte
is capta eſt et in ſpacio menſium ſex poſtea reducta fuit in miſeri-
cordia dicti populi ad locum debitū vt primo regū · vi · Secundum
ſcelus fuit in ſyon vbi eius ſacerdotes ⁊ reges ea neglecta ſacrifica
uerunt in excelſis ex qua tranſmigrati ſunt in babiloniam · ſyon ⁊
templo combuſtis ꝑ annos · lxx · poſtea cōuerſi miſcdiam ſunt con
ſecuti vt ⁰ iiij · regū vltimo · et eſdre ꝑ totū · Terciū ſcelus fuit in ihe
ruſalem in nouo reedificato tēplo a quo receſſerūt ſacerdotes et a
lij a lege dei et iunxerunt ſe nationibꝰ apoſtatantes a circūciſione
ex quo ab infidelibus regibus mortui venditi et captiui ducti fue-
runt vltra ducenta milia · et antipōtifex in dyabolum malum ſe-
dit in templo iuxta altare ꝑ annos xxvij · poſtea miſcdiam cōſecu-
ti ſūt vt machab · ꝑ totū · Quartū vero ſcelus fuit quia vendiderūt
eis ꝓmiſſū in lege xp̄m iuſtum et quē morti tradiderunt · Verum ē
ꝙ per mille et ccc · annos nō potueruut habere miſcdiam Sed cre
dis ꝙ ꝓpter hoc deus nō debeat eis miſereri · Nonne hec quatuor
ſcelera iſrahelitarū ꝓſpiciendo ꝓpheta vidit et in eis miſericordiā
dei videns dixit pſalmo c vi · Dicant nūc qui redempti ſunt a dn̄o
quos redemit de manu inimici et de regionibus cōgregauit eos Et
narrans de primo ſcelere filiorū heli ſacerdotis dixit · eſurientes ⁊
ſicientes anima eorū in mandatis dei defecit · et clamauerunt ad
dominū cum tribularentur ⁊c · et eduxit eos in viam rectam · De
ſecundo ſcelere dixit id in eodem pſalmo · quia reges et ſacerdotes
exacerbauerunt eloquia domini et conſilium altiſſimi irritaue-
runt · infirmati ſunt nec fuit qui adiuuaret · et clamauerunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

ad dominū cum tribularentur et de neceſſitatibus eoꝝ liberauit e
os et eduxit eos de tenebris babilonicis et vincula eoꝝ dirupit De
tercio ſcelere dicit· oēm eſcam a lege cōceſſam abhominata eſt aīa
eorū ſed eſcam lege ꝓhibitā comederūt et relinquētes circūciſionē
appropinquauerūt vſqꝫ ad portas mortis· et clamauerūt ⁊c et eri
puit eos de intericōibus eoꝝ De quarto vō ſcelere dicit cōtra iſra
helitas· Turbati ſūt et moti ſūt ſicut ebrius et ōnis ſapia eorū de
uorata eſt qꝛ iuſtū ihesū non cognoſcentes ꝓ argento vendiderūt·
tū clamauerūt ad dn̄m et de neceſſitatibꝰ eoꝝ eduxit eos et ſilue-
rūt fluctꝰ eorū et eduxit eos in portū volūtatis eoꝝ et exaltabant
dictū ihm iuſtū in eccleſia plebis et in cathedra ſenioꝝ laudabant
eum· Ecce quō vendentes iuſtū ihm debent allequi miſericordiam
nonne ipſe in cruce pendens ꝓ eis orauit· Nūquid illa oracio erit
inanis et non cōſequens debitū effectum· Abſit· Apt iuſticia· Do-
mine cū ſitis iudex iuſtus fortis et patiens horū veritatem diſcer-
nite· Ait ipſe iudex· Judiciū duodecim tribuū iſrahel iā delegatū
eſt duodecim apoſtolis meis· ipſi ſedeant et iudicent· Et hoc iudi-
ciū cum oībus ſup̄ allegatis ad ſuos apoſtolos remiſit qui apli de
creuerūt aū ſnīaꝫ iudicis in gētes nullā in iudos dare ſentenciā

Miſericordia loquitur ꝓ prelatis ca· lxiiij·

Subſequēter miſcdia loquens ait· quia ſemel cepi loqui ad
dominū iterum loquar cū fiducia· Quid facies dn̄e de iſtiſ
miſeris pccōribus populi tui xp̄iani ⁊ maxime dn̄e de pre
latis presbiteris paſtoribꝰ dyaconis et ſubdyaconis tā ſeclaribꝰ qꝫ
regularibꝰ ⁊ aliīs bn̄ficiatis q̄ iuſte ſuis demeritis dāpnati fuerunt
ad infernū· Nonne dn̄e miſerator et miſericors et verax qui dixiſti
ī eternū miſcdia edificabitur in celis et ſr̄ eos cōtinebis irā idigna
cōnis tue dn̄e· nōne iſti ſerui tui fuerūt et quos in dilectōe vocaſti
criſtos tuos q̄ orauerūt nocte et die ꝓ populo tuo ſcō criſtiano· ſꝫ
cōfeſſi fuerūt ꝓ peccatis populi tui criſtiani in q̇bus peccauit tibi
dn̄e nonne ſub baptiſmo tuo fuerūt et ſunt· Miſerere eciā domine
filiīs populi tui criſtiani ſimiliter ſuis demeritis in īfernū dāpna-
tis et q̄ ſemper te dn̄e inuocabāt deprecabantur et venerabātur ⁊
q̄ eciā ꝓ peccatis eoꝝ et ſimiliter ſacerdotū de q̇bus penitenciā nō
egerunt ipſi vel predeceſſores eorū grauiter propter hoc viuentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

in mūdo fuerūt flagellati in guerris fame ſiti peſte et in iudicijs re
gis peſſimis et maledictionibus · necnon domine cum tiranni et
alijs reges crudeles predictis dñati fuerūt quaſi in nullo valuerūt
libertate gaudere ſed ſemper in ſeruitute degebāt Unde dñe hij ſi
ent ſimiles deſcendentibus in lacū quibus ꝑmiſiſti tu miſerator et
miſericors longanimis et mltū miſericors eis in ꝑpetuū non iraſ
ci neqꝫ in eternū cōminari neqꝫ ſecundū peccata eoꝝ facere neqꝫ ſe-
cundum iniquitates eoꝝ tribuere Nūquid eis dñe ꝑmiſiſti corrobo
rare miam tuam que ſum ego ſup timentes te ſcdm altitudinē celi
a terra longius iniquitates eoꝝ facere ſicut diſtat ortus ab occiden
te Item ꝑmiſiſti eis miſereri ſicut pater miſeretur filijs nam et ſci-
uiſti dñe figmentū eorū quia puluis fuerūt Item dixiſti · miſericor-
dia mea ab eterno et vſqꝫ in eternum ſup populū te timentē Nonne
domine hij te timuerunt cum baptiſmū et fidē tuam habuerunt et
ſeruauerunt quem et quam iudei et iſrahelite fratres tui de ſemine
abrahe ſpreuerunt et obſeruare noluerunt Et ſi iſti non peccaſſent
dñe miaꝫ tuā que ſum ego non eſſet neceſſe eis aſſequi ſed quia ipſi
grauiter peccauerunt grauiter et ipſi obinde puniti in inferno fue-
runt et ſunt qm̄ aliqui eorū fuerunt in inferno in dāpnacione per
duo milia annorum aliqui per mille et ſic ſucceſſiue vſqꝫ ad centum
annos et minus Ideo ipſi in hoc ſacro iudicio expectant eis miſere-
ri ſicut miſeretur pater filiorum Nūquid continebis te dñe qui iu-
raſti dauid ſeruo tuo me miſericordiam a peccatoribus non diſper-
gere neqꝫ in veritate eis nocere Aperi manū tuam et imple omne a
nimal benedixione et regenera ipſos in hoc ſacro regeneracionis iu
dicio in tuo ſanguine et miſericordia que ſum ego ¶ Hic iuſti
cia obicit cōtra dānatos ipos et ipſoꝝ ſaluacōez poſſibilē Ca lxv

Illico aſſurgens iuſticia et plicatis brachijs ad terram genu
flexa vniuerſoꝝ domino dicit Tu domine iuſtus es et rec-
tū iudiciū tuum et michi iuraſti cuſtodire oīa iudicia iuſti-
cie qm̄ iniquitatez odiſti et me iuſticiam dilexiſti · et propter h' dñe
vnxit te deus tuus et dedit tibi filio et regi iudicium et iuſticiam · ·
et dixit · iuſticia tua ſit iuſticia in eternum et lex tua veritas Nonne
domine pecij a te legem veritatis et dixi · Domine quis habitabit
in tabernaculo tuo aut quis requieſcet in monte ſancto tuo · Et tu

dn̄e dediſti michi legem veritatis et dixiſti Qui ingredirut ſine ma
cula et operatur iuſticiam · et qui loquitur veritatem in corde ſuo
et qui non egit dolum in lingua ſua · nec fecit proximo ſuo malum
et opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos · qui iurat prox
imo ſuo et non decipit qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram et
munera ſuper innocentes non accepit · Item promiſiſti ad nichi
lum deducere malignum in conſpectu tuo in hijs peccantem · ſed
cum predicti omnes in hijs deliquerunt quo iure poſſint ſaluari nō
video · Scis domine que michi iuſticie iuraſti · placeat ea michi ob
ſeruare · Item nonne tu dixiſti petro et ſuis ſucceſſoribus · quod-
cūqꝫ ligaueris ſuper terram erit ligatum et in celis · et quodcūqꝫ
ſolueris ſuper terram erit ſolutum et in celis · ⁊c · Quot creditis
domine inter ipſos ſunt excommunicati qui cenſuram veſtram con
tempſerunt · Facietis ne irritam legem veſtram quam clariſſime p
vos ſacrorum principum protuliſtis Et cum dicat ſoror mea miſeri
cordia predictos peccatores in quatuor peſſimis iudicijs veſtris et
peſſimis maledictionibus ſupradictis viuentes in terris munda-
tos ſeu purgatos fore · cuius ſemper reuerencia ſalua quoniam e-
epiſcopi et clerici tam ſeculares q̄ꝫ regulares quando fuerunt
ipſa peſſima iudicia in terris ipſi ſpreta veritate poſuerūt mendaci
um ſpem ipſorum et mendacio protecti pcuſſerūt fedus cū morte
et cum inferno fecerunt pactū et dixerunt · flagellū cum tranſierit
non nocebit nobis nec veniet ſup nos quia poſuimus mendacium
ſpem noſtram Nonne tunc dn̄e dixiſti eis · ponā in pondere iudiciuꝫ
et iuſticiam in menſura et ſubuertet grando ſpem mendacij · inun-
dabunt aque et delebitur fedus veſtrum cum morte et pactum vrꝫ
cū inferno non ſtabit · vt yſaie xxviij · layci vero ſupradicti pcc̄ores
viuentes in mundo in ſupradictis quatuor iudicijs fuerūt in tran-
quilitate pacis atqꝫ habundantes diuicijs et gloria temporali ⁊ cū
hominibus iuſtis et bonis et iuſtis flagellati non fuerunt · quaſi
vſqꝫ ad exitum vite ipſorum pace et diuicijs gaudentes · et cum ſu
pradicti ſint iuſto iudicio ſuis demeritis dampnati quomodo po-
terunt de inferno ſaluari cum ſit ſcriptum · in inferno nulla ē rdēp
cio vt iob vij · et p̄s vi · in inferno autē q̄s cōfitebitur tibi quaſi dicat
nullus · et p̄s xiij · non mortui laudabunt te domine neqꝫ omnes qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

deſcendunt in infernum et yſaie xxxviij · quia non infernus confite
bitur tibi neqꝫ mors laudabit te non expectabunt qui deſcendunt
in lacū veritatem tuam ideſt ſaluacionem tuam Ergo iuſtiſſime iu
der cum ſupradicti deſcenderunt in infernum quia non obſeruaue=
runt legem tuam quam iuraſti irritam non facere · et quia in infer
no nulla eſt redempcio quo iure ſaluari poſſint non video

¶ Replicat mīa contra iuſticie dicta · Ca lxvi ¶ Hic vide de prima
reſurrectione de inferno

POſt que aſſurgens miſericordia quaſi aliquātulū in verbis
iuſticie turbata dixit · defecerunt oculi mei et ſenſus mei ī
eloquium iuſticie tue et ait Deus prius fuit miſericors ꝙ
iuſtus dicente ſcriptura · miſerator et miſericors et iuſtus dn̄s et in
tm̄ fuit miſericors ꝙ in latere ſuo portā fecit vt peccatores ad eū
reuertentes aſperſiqꝫ ſanguine et aq̄ p̱ predictā portā ingrediant̄
ad eum in corde ſuo quod eſt ſinus ſeruoꝝ ſuorum et gencium mul=
tarum ad eū in penitencia veniencīu dicēte ſcriptura Apite portas
cordis veſtri in iuſticia quia ingreſſus in eas cōfitebor et vos taliter
iuſtificati intrabitis portam lateris mei in ſinu cordis mei Sꝫ tū
tu iuſticia āgelos padiſi pdidiſti tu ſemp̱ rigoroſa et crudelis in ho
mines fuiſti Tu adā peccātē de padiſo eieciſti · tu mūdū vniuerſum
pccis plenū crudeliter in aq̄s abſorbuiſti · tu ſodomā et gomorram
concremaſti · tu terram deglucientē dathan et abyrō cū eorū ſcola a
peruiſti · tu p̱ p̄lm murmurantē cōtra deū occidiſti · Et cetera alia
q̄ cauſa breuitatis omitto · Ideo ſcūs et iuſtiſſimꝰ dauid anꝗ̄ vncti
onē ſacerdocij et regnū a deo ſumeret cōſiderās tuā crudelitatē ꝛ ri=
goroſitatē non te ſed me in pſona xp̄i ſub publico cirographo iure=
iurando ab eodem deo firmato deſponſauit · et cū ipſo deo tale pac
tum habuit dicēs Si filij tui derelinquerit legē meā viſitabo in vir
ga iniquitates eorum ꝛc · ſed miam meā nō diſpgā ab eo neqꝫ noce
bo in veritate mea que eſt iuſticia Ergo poſtꝗ̄ ego fui deſpōſata ip
ſi dauid ſub pacto ſupradicto iureiurando firmato dicente dd · qm̄
cōfirmata eſt ſuper nos mia eius ceſſauit et nūc ceſſat dictus rigor
tuus quē cōtra ſupradictos exercuiſti · quo rigore eciam nunc vti nō
poteris neqꝫ a deo ſtante ſupradicto pacto exaudiri cū ipſe ihesus ī
mundo viuens dixerit · diſcite quid eſt miam volo et non ſacrificium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

ideſt iuſticiam. Et poſt hec vertit ſe ad ipſam iuſticiā dicens. ſoror
mea iuſticia ſcripture quas ꝑ tuo iure inducis nō loquūtur de cir=
cūciſis vel baptizatis ſed de alijs paganis q̇ ꝑ baptiſmum vel circū
ciſionem in libro vite ſcripti non ſunt et iſti tales qui mortui ſunt
in inferno non laudabunt dūm qm̄ caracterē vite in eis non habent
ſed alij qui caracterem habent ex eo viuent et dn̄o benedicent ſicut
ieremias qui erat ī inferno orans et exaudiebatur a deo pro victo=
ria populi dei vt ſecundo machabe vltimo c. qm̄ ſi in hijs caracterez
habentibus iudex noſter meram vellet de eoruz meritis facere iuſti=
ciam ſcito o iuſticia ꝙ omnes ſancti et iuſtificati in eius iuſticia in
iuſtificarentur et paradiſi porte eis clauderentur et dampabiliter
aperirētur eis porte inferni. propter quod clamauit dauid pſalmo
c xliij. Non intres in iudiciū cum ſeruo tuo domine quia non iuſti
ficabitur in conſpectu tuo omnis viuens. quia perſecutus eſt ini=
micus animam meam ⁊c. Item o iuſticia quid profuit mundo criſ
tum carnem ſumpſiſſe humanam. et eam in mortem pro peccatori
bus poſuiſſe. Item quid ꝓfuerūt baptiſmus ⁊ alia ſacramenta ec=
cleſiaſtica in quibꝰ et peccata remittuntur ⁊ infunduntur gracie et
virtutes ergo refrena in tua ſeueritate linguam tuam quoniam a=
lia eſt lex habencium caracterem baptiſmi vel circumciſionis et a=
lia predictum caracterem non habencium. quoniam caracterē ha=
bentes dn̄s mortificat et viuificat. deducit ad inferos et reducit et
ſanctus dauid ſciens ſe iuſtum tamen deſcenſurū ad inferos dixit.
p̄s xv. qm̄ non derelinques animam meam in inferno. ⁊ p̄s xix dn̄e
eduxiſti ab inferno animam meam ſaluaſti me a deſcendentibꝰ ī la
cum. Ergo caracter baptiſmi vel circumciſionis ſignatorum licet
dāpnatorum ab eodē eſt redempcio hijs exceptis qui alienauerunt
ſe a deo et eius lege vel fornicati ſunt ab eo ideſt qui renunciauerūt
circūciſioni vel baptiſmo et fidem ydolorꝝ ſunt amplexi cū ſit ſcrip
tū. ꝑdes oēs qui fornicantur abs te. ⁊ p̄s ix. cōuertātur peccatores
in infernū oēs gentes que obliuiſcuntur deum. Item apocal̄ xx dr̄
ꝙ omnes eciam criſtiani q̇ adorauerunt beſtiā et receperūt caracte
rē eius tanꝙ dāpnati et mortui in dicto peccato ad infernū non de
bent viuificari in dei miſericordia donec cōſūmantᷣ mille anni q̄bꝰ
conſumptis reſurgere debēt de inferno a predicto peccato. et hec

vocatur prima reſurrectio · ⁊ in iſta reſurrectione ſcd'a mors ideſt
ſtagnū ignis non habet ptātem Et quare poſt reſurrectionē aīarū
de inferno noīatur ſecunda mors · reſpondeo ait miſericordia Quia
prima mors et infernus datis primo mortuis et dāpnatis l eis ſe=
cundū opa ipſoꝝ mittētur in ſtagnū ignis et eciā qui non ē ſcriptꝰ
p baptiſmū ꝟ circumciſionē in libro vite · et tūc infernꝰ non erit vl
tra captiuās aīas cū ipſe captiuabitur a ſecūda morte · Et hoc mi
rari nolite cum primus hō adam multū in deū peccauerit querens
ſupbe effici ſicut deus · et qui non penitendo ſed excuſando peccatū
ſuum eidē deo confeſſus fuit et tñ de predcō peccato miſericordiam
conſecutus fuit in ſanguine filij dei ipſe homo reſurgens de dicto
inferno · quid miri de conſtitutis in baptiſmo licet in inferno dāp=
natis ſi eādē miam p ſua liberacione de inferno et ipſi aſſequātur
¶ Hic lucifer de mia dei diffidēs ſuorū āgelorū mittit quēdam ad
virginem mariam et iudicis matrē vt ipſa p ea intercedat ad iudi=
cem filium ſuum Ca lxvij ¶ Hic vide qualiter beata virgo maria p̄
mo deprecatur filium ſuum p peccatoribꝰ · deīn p lucifero · pꝰ hec
vide reſponſionem ipſius dei ad matrem ſuam q̄tū ad luciferum
deīn q̄tū ad peccatores

Que audiens lucifer incepit diffidere de miſericordia dei q̄
nemo eſſet q̄ ad dūm intercederet p eo Jlico quendam ſuo=
rū āgelorum miſit ad mariā virginē et iudicis matrē vt ip
ſa p eo intercederet ad iudicē filiū ſuū Quo nūcio apud virginē glo
rioſā cōſtituto iudiciū filij eidē nunciauit et inter cetera eā rogauit
vt dignaret[2] apud ſuū filiū iudicem p lucifero et tota angelorū rui
na preces effundere Ait virgo Valde libenter p eo et tota ruina an
gelorꝝ et eciā alijs peccatoribus exorabo · et petitis virgineis veſti=
bꝰ mox in comitiua multorū āgelorꝝ cātanciū · aue regina celorꝝ aue
domina angelorum · ad eius filiū iter arripuit · ⁊ anteq̄ ibi veniſſet
virtutes adhuc altricabāt[2] · ⁊ dicebat iuſticia Tam circūciſi q̄ bap=
tizati peccauerūt cōtra legē meā ⁊ iureiurādo m̄ a deo firmatā · er=
go nō habitabūt in tabernaculo dei Dicebat mia Si peccauerūt pu
niti fuerūt put ſupra dictū eſt Et in hijs dictis nūciatū fuit iudici
q̄ mater ſua ad eum veniret Jlico aſſurgens rex et iudex iuit in oc=
curſum eius adorauitq3 eam et ſedit ſuper thronū ſuum poſitus q̄

eſt et thronus matri ſue que ſedit ad dexterā eius Et dixit ei mater eius Peticionem vnam paruulam ego deprecor a te ne confundas faciem meam Et dixit ei rex Pete mater mea neq; fas eſt vt auertā faciem meam · Que ait · Fili mi te de um et hominem ego ſeruula paui lacte meo vbere de celo pleno et creſcens in mundo nūq̄ fili mi faciem tuam a peccatoribus auertiſti · comedens et bibens cum eis dixiſti hoc tibi improperantibus · non veni vocare iuſtos ſed peccatores · Confiteor tibi deo celi et terre q̄ hij criſtiani peccatores peſſimi fuerunt et longe in te peccauerunt ſed tū domine longius iudei frēs tui peccauerūt qui crucifixerunt blaſphemauerūt et deriſerunt te et pendens in cruce eis pepercisti dicens · pater ignoſce eis q; neſciunt quid faciunt · quanto magis parcere debes xpianis tuis qui ſemper de tua paſſione doluerunt et me matrem tuam ſēp honorauerunt in ieiunijs et elemoſinis atq; orationibus gementes et flentes in hac valle · Grandes fuerunt miſericordie tue in terra ſint ſi placet et nunc in celo Item dn̄e ſi placet reſtituatur gracia patris tui dei viui lucifero et ruine angelorum qm̄ predictam graciā ductus penitencia multum ipſe affectat · Reſpondit rex et dixit matri ſue Quare mater poſtulas graciam patris mei lucifero poſtula ei et regnum meum · ipſe queſiuit patrem meum de regno ſua ſuperbia ſpoliare querit nunc ipſe ſimiliter et me de meo expellere regno · iurauitq; iudex et rex p̄ ſemetipſum quia hodie interficietur lucifer in puteo abyſſali et claudet puteus os ſuum ſuper eum · De alijs vero peccatoribus ait rex et iudex Dum fui viuens in mundo fui vt magiſter docens et operabar magis in miſericordia q̄ in iuſticia nunc autem hic ſedeo vt iudex ad iuſtum reddendum iudicium contra illos qui meam doctrinam et mandata facilia non obſeruauerunt tū mater mea ducantur ad cōcordiā virtutes quoniam pro parte mea illud fiet quod tibi placitum erit mater dilectiſſima

Hic beata virgo cōtrouerſia mīe et iuſticie inquiſita p̄ peccōꝝ ſaluacione predictas virtutes ſatagit concordare Ca lxviij

Unde beata virgo trahens ſe ad āgulū mīam et iuſticiā aduocauit dicēs eis · Que ē veſtra cōtrouerſia Reſpondēs iuſticia dixit O dn̄a diſcordia nrā h̄ ē hoīes hic p̄ntes de pp̄lo xpiano iuſte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

per iudicem noſtrum filiū tuū eorū iuſtis demeritis traditi fuerūt
in manu inferni et ibi fuerūt ꝑ tempora longa in ſupplicijs eternis
nunc querit ipſa miſericordia ab inferno dcōs dāpnatos liberare i
graue meū preiudiciū et iacturā quia ſicut tu dn̄a noſti in inferno
nulla eſt redempcio Reſpondens aūt mīa iuſticie dixit · Maius m̄
fieret preiudicium ſi dicti peccatores nō liberarentur de carcere in
fernali ꝙ̄ tibi · qm̄ vanum eſt nomen meum ſi dictis peccatoribus
deus non miſeretur ſalua tua reuerencia quia in inferno eſt redēp=
cio teſtante ſcriptura pſalmo xlviij · verūtamē deꝰ redimet aīaȝ me
ā de manu inferni cū accepit me · et ꝑ̇mo regū ij · dn̄s deducit ad in=
feros et reducit · Dixitq̄ꝫ virgo et mater · Nolite tubari quia vtraq̄ꝫ
veſtrum ius ſuum habebit et ſi placet ponatur hec veſtra diſcepta=
cio in manibus meis Aiunt virtutes Contentamur Et ꝓmiſerunt
a virginis non diſcrepare iudicio quo ſolempnizato dixit virgo Tu
iuſticia ius tuum habuiſti cum filiꝰ meꝰ duxit eos ad inferos · miſe
ricordia aūt nunc ius ſuum habeat cū reduxerit eos de inferno di
cet iuſticia · ergo non ſum ꝑpetua · Reſpondens miſericordia dicet
tu in mundo habuiſti principiū et finem · et ego adhuc licet habue=
rim principium finem tamen meum executiuum habere non valui
et tu es melior me et ego te Et dixit virgo · ſilete · et ꝓtulit inter ip=
ſas ſentenciam in hijs verbis · Omnes populi criſtiani peccatores
qui tamen baptiſmum non irritauerunt et fuerunt in inferno mil=
le annis vel vltra in iuſticia dampnati in miſericordia de inferno ē
dimātur Alij vero qui mille annis in īferno nō fuerūt cōpletis hijs
annis miſericordiam aſſequentꝛ ſed tū in omnibꝰ hijs beneplacito
filij mei reſeruato Et in hac ſentencia virginis marie virtutes con
ſenſerunt Et cū veniſſet ad pn̄ciam iudicis aſſurgentis matri quo
vſq̄ꝫ ipſa ſediſſet in throno ſuo et per virginem recitata virtutum
concordia ad quam ipſa virgo et mater poſtulauit a filio benigne
ſe admitti et in predicta ſentencia ſe audiri Ad quod filius reſpon=
dens dixit · Non ſic mater mea non ſic fiet omnibus peccatoribus ·
qm̄ inter ipſos ſunt nonnulli qui diffiderunt de dei miſericordia et
neglecta penitencia ſꝑ ad malum obſtinati fuerunt Item qui deſpe
rauerunt in ſuis peccatis Item qui veritatem impugnauerūt ⁊ mē
daciū ſemꝑ defēderūt Item qui nūq̄ꝫ habuerūt ꝓpoſitū penitendi ·

Item qui male ſenſerunt de perſona trinitatis et maxime de ſpiritu ſancto Item ſunt aliqui qui ſciſma poſuerunt in eccleſia mea dedi eis tempus penitendi et noluerunt quibus ſtatui tempus afflictionis mille annorum Iſtis exemptis omnes alij miſericordiam cōſequentur prout decreuiſtis mater ·

Hic mia cōqueritur de q̄buſdā ꝑuulis q̄s mors āticipauit Ca lxix·

Quibus q̄dem dictis et ꝓlatis a iudice iterꝝ dixit mia · Dn̄e ſencio eciam extra infernū puerulos carere gloria beatudinis veſtre qui non habito baptiſmo aliqui in lacte aliqui in vtero matris mortui fuerūt qui ſacri baptiſmatis lauachrū ſumpſiſſent ſi vixiſſent Unde dn̄e cū predicti pueruli fuerūt ſub cuſtodia vrā teſtante ſcriptura · cuſtodiens ꝑuulos dn̄s · ne forte videāt² atqꝫ dicantur ſub cuſtodia veſtra ipſi ꝑijſſe vt ꝑ vos ad graciam beatitudinis ipſi reducāt² quia per eos non ſtetit quin facti maiores baptiſma recep iſſent Itaqꝫ mors in hoc valde exceſſit ita aſpere contra eos agendo · Dicet autem dominus · Aduocentur mors et vita· Quibus vo catis et cōparentibꝰ ait dn̄s Audio o mors cum te fecerim vt eſſes precioſa hominum ſanctorum qui ꝑhennia gaudia ꝓmereri potuiſſent quare eos in peccatis peccatores occidiſti quare eos non expectabas quouſqꝫ de eorū peccatis ipſi penitenciam agere potuiſſent · nonne conſtitui tempus omnibus hominibꝰ vite ipſorꝝ C xx ānorꝝ · gen̄ vi · et eciā cōſtitui hoī peccatori tēpꝰ penitēdi cētū ānorꝝ · vt yſaie lxv · maledcūs peccator cētū ānorꝝ Si vſqꝫ ad terminū illū expectaſſes excuſabilis eſſes · q̄re anticipaſti finē illorꝝ ꝓpter quod vocata fuiſti mors pccōrꝝ peſſima Uere ꝓpter tuā iniq̄tatē g̃uiter punieris et adhuc peiꝰ egiſti · hos lactētes pueros ī vlnis maternis interfeciſti et vtinā ꝑmiſiſſes eos ad ſacrū baptiſma attingere Tū mors inclinās ſe corā iudice hūiliter ſic ait Iuſtiſſie iudex placeat me ī iure meo audire ego ꝓ me n̄ credo aliqd̄ iiuſtū feciſſe Si interfeci peccatores peſſimos in iuſticia ſic eos interfeci et miniſtra tua fui teſte ſcriptura · qui malos interficit miſter dī eſt Ait iudex ꝓpter hoc vocata fuiſti peſſima qꝛ nō ꝑmiſiſti peccatores penitere Ait mors · ſi dci pccōres memores fuiſſent nois tui et eos interfeciſſem fuiſſem iniuſta cum ſit ſcriptū · ¶ Nō eſt in morte qui memor ſit tui

Et ait iudex· Jllud debet intelligi ꝙ ſi predicti peccatores fuiſſent
memores nominis mei non fuiſſent in morte peſſima ſed in precio
ſa · Ait mors · Nonne ſcriptum eſt · Viri ſanguinum et doloſi nō
dimidiabunt dies ſuos · quomodo peſſima fui Jtē cū hoīes beſtie ꝛ
viri et filij hoim eciā homines peccatores violenter interfecerūt de
bet hoc michi imputari Ait dn̄s Certe ſic Nonne oīm hominū cla-
ues mortis in manu tua erāt· quare homicidia ꝑmiſiſti cum in lege
ſit ſcriptum· ſanguinē enim animarū veſtraꝝ de manu cūctaꝝ beſti
aꝝ et de manu hoīs et de manu viri et de manu fratris eius requirā
Poſtꝙ ſciebas ꝙ deus requirebat ſanguinem occiſi de manu occiſo
ris quare ꝑmiſiſti homicidia vt eciā homicide in peccatis interfice
rentur · beſtie ſine te morte te mortem alij inferre non poterant et
ſic de alijs Jtem quare ſociebaris cum dyabolo et inferno · Elegiſti
refigerium tuum in inferno ad omnia mala mundi ꝑagenda vt teſ
tatur ſcriptura Ante faciem eius ibit mors · agredietur dyabolus
ante pedes eius ſtetit et menſus eſt terram aſpexit et diſſoluit gen
tes· abacuc iij Jtem dixerunt impij peccatores · percuſſimus fedus
cum morte· quare ſociata non fuiſti cum angelis et vita vt in eter-
num precioſe in celis vixiſſes · ſed magis elegiſti replere tartaꝝ ꝙ
tocius gaudij et iocunditatis repleuiſſes ꝑadiſum· propterea ad in
fernum deſcendes· Et ſicut omnium peccatoꝝ in eum deſcendenciū
in mundo fuiſti prima ita in inferno ipſoꝝ eris mors ſecunda · Et
ipſe iudex ilico ꝑtātem et claues tam a morte q̈m ab inferno recipi
et et predictorum potenciam ſua ſentencia ad puteum deducet Et
ſubſequenter dicet vite Dic michi o vita quare te permiſiſti vinci a
morte quare non fuiſti auxiliata peccatoribus ne ita dampnabili-
ter morerentur · a certo multum fuiſti culpabilis Ex quibꝰ verbis
vita tremefacta quaſi lacrimis cōpuncta ſūmo iudici dicet Ne iraſ
catur domine furor tuus in me et pacienter ſi placet me audi· Veꝝ
eſt domine ꝙ me vitam in ꝑpetuum creaſti cū in ſpiraculū vite me
in homine formaſti in animam viuentem· poſtea vero inuidia dya-
boli me vita excluſa mors intrauit in orbem terraꝝ · Nōne domine
me ānichilaſti in mundo quando hoīem a ꝑadiſo expuliſti propter
ſuam inobedienciam· et dixiſti ne forte homo mittat manum ſuam
et ſumat eciam de ligno vite et comedens viuat in eternum· et eie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

ciſti eum de paradiſo vbi ego vita eram · et dediſti eum in manu
mortis de cuius ligno ipſe homo prius comederat · Vnde dñe que
fuit mea ſentencia vt liberare potuiſſem hominez de manu mortis
que in terris me potencior erat · feci tamen quod potui hoĩes a gra
uibꝰ mundi p̄iculis liberando · potui ne et vos liberare a morte cru
cis · in hoc vos in teſtem et iudicem inuoco ſꝫ tu dñe noſti qũ ĩferno
mortem dediſti nõne oĩs mortuos in eo potenter viuificaui · et di-
cet deus Vita viuet et mors moriet᷑ Et eciã miſericordia dicet · pla-
cet ipſos p̄uulos miſericordiã aſſequi et tali mõ õnia vicia morta-
lia redarguet p̄iterq; dampnabit et virtutes ſupra choros ãgelorũ
exaltabit · et termino ſentencie adueniente eo ſedente pro tribuna-
li inſonuit tuba in clangore horribili et iudice iubente iuſti ab in-
iuſtis ſeparabuntur et ſilencio facto quaſi medie hore iudice legen-
te ſentenciam ipſe rex et iudex in cordis dolore dicet ſupradictis ſe
patis iniuſtis · Ite maledicti in ignem eternum Iuſtis autem dicet
Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratũ
fuit ab origine mundi · Et tunc dyabolus et mors et infernus et õ
nes qui ſcripti non ſunt in libro vite miſſi ſunt in ſtagnum ignis v-
bi beſtia et pſeudo p̄phete cruciabuntur in ſecula ſeculoꝝ Amen

¶ Hic citantur p̄tes ad audiendam arbitrij ſentenciam · Ca lxx

Quibus quidem explicite recitatis ait ariſtotiles · Magna
⁊ mirabilia recitata ſunt que penitus ab oculis ab auribus
et ab alijs corporis mei ſenſibus fuerunt aliena ita fiat ſi-
cut dc̄m ē ſꝫ tũ mementote mei o yſaia et ieremia cum vobis bene fu
erit vt ſuadeatis iheſu vt educat me de iſto tenebroſo carcere et ſimi
liter omnes alij arbitri dixerunt · Quibus yſaias et ieremias aiunt
Audacter loquemur pro vobis domino noſtro iheſu · Et aduocato
ioſeph de benignitate quadam qui eciam in defectu concordie arbi-
ter datus eſt retenta delegata poteſtate quid ſibi de predicto arbi-
trio videretur Admiratus ait Bene per omnia · propter quod ar-
bitri omnes concordes de predicto arbitrio citauerunt ſeu citari fe
cerunt ambas partes ad ſentenciam regni promulgandam · Qui-
bus partibus citatis et coram arbitris ipſis petentibus ſentenciam
promulgari · predicti arbitri mandauerunt ieremie · vt pro vita
omnium ſupradictam ſentenciam ferre debeat de quo ambe partes

conſici fecerūt publicū inſtrumētū vt in c̄ cū ab vno de ſen et r̄ iudi ſi
vi · Quam ſentenciā idem ieremias in hanc formā ꝓtulit ⁊ dcāuit
Snīa arbitrij i forma Ca lxxi h⁹ ſnīe videbis ꝑ tabellionē ſubſcrip
In nomine dn̄i amē Nos octauianus yſayas ariſto- tionē
tiles ⁊ ieremias arbitri arbitratores ⁊c ꝑut in forma cō ꝓ
miſſi cōtinetur Ideo viſis auditis intellectis et examinatis
atꝫ diſcuſſis parciū predictarū iurib⁹ et racionib⁹ ac ꝓbacionibus
habita deliberacione diligenti ꝓ bono pacis et concordie ex vigore
cōꝓmiſſi predicti dei nomine inuocato ordinamus laudamus ar-
bitramur diffinimus dicimus atq̷ inuiolabiliter precipimus ꝑut
ſupra arbitratū eſt ꝙ hoc interſeratur totum Et hec omnia lauda
mus arbitramur diffinimus dicimus atꝫ inuiolabiter precipimus
obſeruari ſub pena in compromiſſo appoſita ſi in ſingulis capitulis
laudi vel arbitrij per aliquam parcium fuerit cōtrauētum ſaluo ⁊
reſeruato nobis arbitrio et ptāte declarandi ſuꝑ predictis vbicun
q̷ ⁊ qn̄cūq̷ viſuꝫ fuerit expedire Tabellio vero taliter ſe ſubſcripſit
Ectum latum recitatum fuit arbitrium predictum die q̄r
to menſis maij per ieremiam de mandato aliorum arbitro
rum partibus ad hoc citatis et cōparētibus et dictum laudum ſeu
arbitrium ſtatim et expreſſe approbantibus
Et ego diuina autoritate notarius prolacioni dicti arbitrij
ſeu laudi interfui et de mandato arbitrorum predictorum ac eciā
parcium voluntate hic me ſubſcripſi ·
Hic ptes ſuꝑ dicta ſnīa petūt publicū fieri inſtrumentum · Ca lxxij ·
Quo arbitrio ꝓlato mox vtraq̷ pars peciijt et rogauit dictū
notarium et teſtes inibi aſtantes et pn̄tes ꝙ de toto arbi-
trio et eius tenore debeant conficere ad cautelam futurorꝫ
vnū vel plura publica inſtrumētū Quib⁹ q̄dē inſtrumētis cōfectis ⁊
moyſi et belial aſſignatis · ilico aſtut⁹ belial arrepta celeri fuga deſ-
cēdit ad inferos et ſalutatis ſocijs inſtrumētū arbitrij oſtendit de q̊
gaudencia demonia iubilū de eo fecerunt · Berlzebub vero aliq̄ntulū
aſcendēs alte iuſſit ſilenciū fieri et ait Fratres mei non ineſt tēpus
ridendi ſcitis bene q̄m erectus eſt inimicus noſter · ¶ Voſipſi ſcitis
quid iam modicis diebus elapſis fecerit in inferno · Ideo in noſtris
agendis ſagaciter ineam⁹ conſiliū Videtis bene ꝙ tota terra et ei⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

dominium ſunt ſub pt̄ãte noſtra tam̄ nõ cõfidamꝰ in virtute noſ-
tra neq̄ in diuicijs noſtris · ipſe iheſꝰ a certo mittit gentem ſuam
et bellatores ſuos contra regna noſtra et potiſſime contra regnuꝫ
romanorum quod tocius orbis obtinet p̄ncipatum · quid ſit facien-
dū in hoc ſapienter cogitemus Ait aſtaroth Ego euaginabo gladi-
um meum et interficiet eos manus mea · ꝑſequar et cõphendam di-
uidam ſpolia et implebitur anima mea Cui ſic ait beelzebub Sup-
be loqueris · ſcis quid loquitur ſcriptura de ipſo iheſu · Audi eam ·
Angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te in omnibꝰ vijs tuis ·
In manibus portabūt eum ne vnq̄ offendat ad lapidem pedem ſu-
um · ſuper aſpidem et baſiliſcum ambulabit et conculcabit leonem
et draconem Et quid ipſe iheſus loquitur cõtra nos audi in pſalmo
xvij Perſequar inimicos meos et cõprehendã illos et nõ cõuertar
donec deficiant · confringã illos nec poterunt ſtare cadent ſubtus
pedes meos Ait aſtoroth Ergo ſagittemus eū ſubito et non timea-
mus · abſcondamus laqueos contra eum · quis videbit nos Ait beel-
zebub · Hoc ſcrutinium eſt iniquitatis qm̄ deficiemus ſcrutantes
ſcrutinio · Vis audire illum qui videt nos vt pſalmo lxxxij ne tace-
as neq̄ compeſcaris deus quoniam ecce inimici tui ſonuerunt ⁊ qui
oderunt te extulerunt caput ſuper populum tuum malignauerunt
conſiliū ⁊c · Scio quia tu aſtaroth ſupbus es valde · ſuperbia tua et
arrogãcia tua plus q̄ꝫ fortitudo tua · Ait belial Sinite rixari in cõ-
tumelijs · queritis forte ſcindere regnum noſtrum · a certo male ſta-
bimus · et ait ipſe A certo male ſtamus ſine capite · quia rex noſter
captiuus eſt vt ſcitis · Vnde ſi placet nunciemus beelphegor vt ſci-
at quia propter captiuitatem regis noſtri regnum noſtrum dicitur
vacare cuius iuriſdictio in nos transfertur · vt de ſupple negli pre-
lat ſi epiſcopus libro vi ¶ Aiunt omnes Iniciemus beelfegor · et
conſtituerunt eum vicarium tocius orbis et inferni · Et ſtantibus
coram eo demonijs ait beelfegor Frēs mei iacula q̄ preuidentur mi-
nus feriūt ne fiamus ſicut gentes ſine conſilio ⁊ ꝓuidencia q̄ nouiſſi-
ma preuidere non valent Vt videtis ihs̄ inimicꝰ nr̄ erigitur vt nos
ꝑdat et bona noſtra capiat Et volēs cauere in futurū aduocauit ba-
alim · et ait Scio q̄ꝫ tua ſapiencia et aſtucia feceſti q̄ſi totum populū
dei eundem deum derelinquere et tibi ſeruire vt iudicū ij baal et aſta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

roth tecū ſocij fuerūt Cui baal ꝓpter ſuā aſtuciā iezabel cum popu
lo iſrahelitico ſeruiuit Vbi eſt ſpiritꝰ peſſimꝰ qui opatus fuit ſce-
lus interfectionis lxx filioꝛum ierobaal vt iudicum ix·necnon per
ſequi fecit dauid per ſaulem in ſe eundem ſpiritum habentem· vt p̄
ma regum xlij · Vbi eſt aſmodeꝰ qui in deſiderio coitus ſeptem vi
ros interfecit vt thobie iij Vbi eſt dagon qui ſua potencia interfecit
xxx milia viroꝛum de populo dei archam dei captiuauit et eam ob-
tinuit vt pꝛimo regum quarto et v·vbi eſt belial q̇ peruertit coꝛ da
uid vt numerarꝫ populum ex quo ꝑierunt lx milia vt ij regū xx·vbi
aſtartes chamos et meloch qui ſimul ſapientiſſimum ſalomonem r̄
traxerunt a cultura veri dei et fecerunt eū eiſdē ſeruire in phanis vt
iij regum xi · vbi eſt beelſebub qui pꝛeuaricari fecit ocoziam regem
ſamarie qui miſit ad conſulendum eum ꝛc vt quarto regum pꝛimo
Vnde ait beelphegoꝛ · Creditis ꝙ alij ſint homines nūc ꝙ̄ tūc fue-
runt ideo nequaꝙ̄ diffidatis Taliter pꝛincipibus inferni ſuiſqꝫ ſoci
is confoꝛtatis et animatis ꝓ republica infernali iterum ſic ait Ad-
huc vos neſcitis quicꝙ̄ nos habemus ex arbitrio ꝙ poſſumus nos
defendere a dicto iheſu Nunc videtis ꝙ iudea et tota terra iſraheli
tica ſunt ſub dominio noſtro que quondam ſub eodem non erant i-
deo diſtribuantur per vniuerſum oꝛbem ſingula demonia q̄ ſingu-
la regna terre habeant et ea regna terre defendant a dicto iheſu et
eius bellatoꝛibus indurando coꝛda hominū ad nō credendū dicto
iheſu·ac eciā ad ſeipſa defendēda ꝓut melius poterunt contra pꝛe
dictos iheſu bellatoꝛes omnē malignitatem opādo et maxime ꝙ ip
ſa demonia ſubintrent coꝛda pꝛincipum et regnū totius terre · et
faciant illos inſurgere contra iheſum et eius bellatoꝛes in perſecu-
cionem vſqꝫ ad moꝛtem · et ita fiat · qm̄ oēs dij genciū demonia · q̄
in tāta fuerunt felicitate in tocius mundi pꝛincipatu ſicut poſſet
narrari·magnꝰ eſſet doloꝛ nos reminiſci felicitatis eoꝛū idō meliꝰ ē
in iſto bello moꝛi ꝙ mala noſtra videre· Accingimini filij potentes
et eſtote parati· Et cum placuiſſet iſte ſermo in conſpectu omnium
incontinenti diſtributis regnis inter ſe totam terrā repleuerunt
ad omnia mala pagenda vt ſolita ſunt · Et hoc modo ꝓfecta ſunt
dicta demonia ad omnem malam opacionem habendam contra ip
ſum iheſum et eius pꝛincipes ꝓ eius fide bellatoꝛes·

Hic moyſes repũtat inſtrm̃ arbitriȷ dñõ iheſu Ca lxxiiȷ

MOyſes vero habito inſtrumẽto arbitriȷ ipſum preſentauit
dño iheſu Quod videns dixit iheſus et ipſũ plegẽs ſatis ga
uiſus eſt mox intrauit ad diſcipulos ſuos qui erãt in qua=
dam domo clauſis ianuis ꝓpter metũ iudeoꝝ et ait eis Pax vobis
ego ſum nolite timere Non turbetur cor veſtrum neqꝫ formidet cre
ditis in deum et in me credite In domo patris mei manſiones mul=
te ſunt · Si quominus dixiſſem vobis quia vado parare vobis lo=
cum · Cum parauero vobis locum iterum veniam et recipiam vos
ad meipſum vt vbi ſum ego illic et vos ſitis ſed nunc in prouerbiȷs
non loquar vobiſcũ Veniet enim iudicium mũdi huiꝰ · nũc princeps
huius mundi eiȷcietur foras quia iam iudicatus eſt · et ſi exaltatus
fuero a terra omnia traham ad meipſum qꝛ data eſt michi omnis
poteſtas in celo et in terra · diſcipuli vero gauiſi ſunt viſo domino ·
Unde cõuocatis duodecim apoſtolis et aliȷs lxxiȷ diſcipulis miſit il
los binos ante faciem ſuã et dicebat illis Meſſis quidem multa opa
riȷ vero pauci Rogate dominum meſſis vt mittat operarios in meſ
ſem ſuam et precepit eis dicens In viam gencium ne abieritis et ci=
uitates ſamaritanorum ne intraueritis ſed pocius ite ad oues que
perierunt domus iſrahel · Euntes autem predicate dicentes quia
appropinquabit regnum celorum · infirmos curate mortuos ſuſci=
tate leproſos mundate demones eiȷcite Gratis accepiſtis gratis da
te Nolite poſſidere aurum et argentum neqꝫ pecuniam in zonis veſ
tris nõ peram in via neqꝫ duas tunicas habeatis neqꝫ calciamenta
neqꝫ virgam feretis · dignus eſt enim cibo ſuo oparius · In quam
cũqꝫ autẽ ciuitatem intraueritis ã caſtellum interrogate quis in ea
dignus ſit et ibi manete donec exeatis In quãcũqꝫ domum intraue
ritis dicite pax huic domui · et comedetis de hiȷs que apponuntur
vobis et quicũqꝫ nõ receperit vos neqꝫ audierint ſermones veſtros
exeuntes foras de domo vel de ciuitate excutite puluerem de pedi=
bus veſtris · Amen dico vobis tolerabilius erit terre ſodome et go=
morreorum in die iudiciȷ ꝙ illi ciuitati Ecce ego mitto vos ſicut o=
ues in medio luporum Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes ⁊ ſim
plices ſicut columbe Cauete autem ab hominibus · tradent eñi vos
in conciliȷs et ſynagogis ſuis flagellabunt vos et ad preſides et re=

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

ges ducemini ꝓpter me in teſtimonium illis et gentibus· Cum
autem tradent vos nolite cogitare quomodo ā quid loquamini da
bitur enim vobis in illa hoꝛa quid loquamini Non enī vos eſtis qui
loquimini ſed ſpūs pris veſtri qui loquitur in vobis Tradet āt fra
ter fratrem in moꝛtem et pater filiū ·et inſurgēt filij in parētes et
moꝛte eos afficiēt·et eritis odio oībus hominibꝰ ꝓpter nomē meū
Qui aūt perſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluus erit Cū pſecuti fueri=
tis in vna ciuitate fugite in aliam· Amen dico vobis non conſum=
mabitis ciuitates iſrahel donec veniat filius hominis Non eſt diſ=
cipulꝰ ſup magiſtrū ſuum·ſufficit diſciplō vt ſit ſicut magiſter eiꝰ
Si patremfamilias beelzebub vocauerūt quātomagis domeſticos
eius · ne ergo timueritis eos· Si opa non feciſſem in eis que nemo
alius fecit peccatum non haberent·nunc aūt et viderunt et oderūt
et me et patrem meum· Si non veniſſem nec locutus eis fuiſſem
peccatum non haberent·nunc autem excuſacionem de peccato ſuo
non habent · ſed vt impleatur ſermo qui in lege eoꝛum ſcriptus eſt
qm̄ odio habuerunt me gratis·nichil enim optum quod non reuele
tur et occultum quod ſciatur que dico vobis in tenebꝛis dicite in lu
mine · et que in aure auditis pꝛedicate ſuper tecta Et nolite timere
eos qui occidūt coꝛpus animam autem nō poſſunt occidere ſed po
cius illum timere qui poteſt coꝛpus et animam ꝑdere in gehennaꝫ
Omnis ergo qui confitetur me coꝛam hominibus cōfiteboꝛ et ego
eum coꝛam patre meo qui in celis eſt · qui aūt negauerit me coꝛam
hominibus negabo et ego eū coꝛam patre meo qui in celis eſt Noli=
te arbitrari ꝙ venerim mitterere pacē in terra Nō enim veni mitte
re pacē in terra ſed gladiū · veni enim ſepare hoīem aduerſꝰ patreꝫ
ſuum et filiā aduerſꝰ matrem ſuam ⁊ nurū aduerſꝰ ſocrū ſuam·⁊ in
imici hoīs domeſtici eius Qui amat patrem aut matrem plus q̄m
me non eſt me dignus·et qui non accipit crucem ſuam et ſeq̄tur me
non eſt me dignus Hec locutus ſum vobis vt in me pacem habeatis
in mundo āt preſſuram habebitis ſed confidite qꝛ ego vici munduꝫ
Amen amen dico vobis qui credit in me opa que ego facio et ipſe fa
ciet et maioꝛa hoꝛum faciet Si diligitis me· mandata mea ſeruate
et ego rogabo patrem et alium paclitum dabit vobis vt maneat
vobiſcum in eternum ſpm̄ veritatis quē mundus non poteſt accipe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

quia non vidit eum nec ſcit eū vos autē cognoſcetis eum quia apud
vos manebit et in vobis erit Cum autem venerit paclitus quē ego
mittam vobis a patre ſpm̄ veritatis qui a patre procedit ille teſtimo
nium perhibebit de me et vos teſtimonium ꝑhibebitis· quia ab ini
cio mecū eſtis · expedit tamen vobis vt ego vadam Si enim nō abi
ero paraclitus non veniet· ſi aūt abiero mittā eum ad vos· Et cum
ille venerit tunc mūd⁹ cognoſcet illū quia arguet mundum de pec=
cato de iuſticia et de iudicio· de peccato quidem qꝛ non crediderunt
in me· de iuſticia vero quia ad patrem vado ⁊ iam non videbitis me
de iudicio autem quia princeps hui⁹ mundi iam iudicatus eſt · Et
ſubleuatis oculis in celum dixit· Pater ſancte ſerua eos in nomine
tuo quos dediſti michi vt ſint vnum ſicut et nos vnum ſumus Cum
eſſem cum eis ego ſeruabam eos in nomine tuo quos dediſti michi·
et ego cuſtodiui eos et nemo ex eis perijt niſi fili⁹ ꝑdicionis vt ſcrip
tura impleatur · Et vertens ſe ad petrum ait · Petre ecce ſathan
expetiuit vos vt cribraret vos ſicut triticum ſed ego rogaui pro te
petre vt non deficiat fides tua et tu conuerſus aliquando confirma
fratres tuos quia ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit michi pater me
us regnum vt edatis et bibatis ſuper menſam meam in regno meo
et ſedeatis ſuper thronos duodecim iudicantes duodecim tribus
iſrahel · Diligis me petre · Ait petrus · Tu bene ſcis domine quia
amo te · Ergo paſce oues meas · et quorum remiſeritis peccata e=
runt remiſſa et quorum retinueritis erunt retenta Euntes ergo do
cete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et ſpi=
ritus ſancti docentes eos ſeruare oīa que precepi vobis

ET conuerſus ad iheruſalem dixit Iheruſalem iheruſalem que
occidis prophetas et lapidas eos qui ad te miſſi ſunt Quociens vo
lui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pul
los ſuos ſub alas et noluiſti · Ecce relinquetur vobis domus veſtra
deſerta dico enim vobis ꝙ non videbitis me donec dicatis · bene=
dictus qui venit in nomine domini· Et ait diſcipulis ſuis · Videte
hec omnia· Amen dico vobis non relinquetur lapis ſuper lapidem
qui non deſtruatur · et ſedente eo ſuper montem oliueti interroga=
bant eum ſeꝑatim petrus iacobus iohannes et andreas dicentes ·
Dic nobis quando hec erunt · et quod erit ſignum aduentus tui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

et conſummacionis ſeculi Et reſpondens iheſus eis in perſona to
cius eccleſie ſue dixit Cum audieritis tamen predicato euangeli-
o abhominacionem deſolacionis quē dicta eſt a daniele propheta
ſtante in loco ſancto et ſecundū lucam cum videritis circumdari
ab exercitu iheruſalem tunc ſcitote quia appropinquat deſolacio
eius · Tunc qui in iudea ſunt fugiant ad montes et qui in medio
eius ſunt diſcedant et qui in regionibus non intrent in eam quia
dies vlcionis ſunt vt impleantur omnia que ſcripta ſunt Ve autē
pregnantibus et nutrientib9 hӱs diebus · erit enim preſſura mag
na ſup terram et ira pp̄lo huic iudaico et cadent ī ore gladӱ ⁊ cap
tiui ducentur in oēs gentes · et iheruſalē calcabitur a gentib9 do-
nec ipleantur tpa nacionū · ⁊ cum hoc factum fuerit tūc veniet ali
a tribulacio qz ſurget gens contra gentē et regnum in regnū et e-
runt peſtilencie ⁊ fames et terremot9 p loca · Hec āt omnia inicia
ſūt dolorū Statim eni poſt tribulacionē dierū illorum ſol ſpūali-
tatis obſcurabitur et luna tēporalitatis nō dabit lumen ſuum et
ſtelle prelacionū cadent de celo eccīe et ſpirituales virtutes celorū
idē eccleſiarum cōmouebuntur · Videte ne quis vos ſeducat · mul-
ti enim venient in nomine meo dicentes · ego ſū xp̄s et multos ſe-
ducent · ſurgent enim pſeudo criſti et pſeudo pphete ⁊ dabunt ſig-
na magna ſpūalia ita vt in errorem inducantur ſi fieri poteſt eciā
electi · Et niſi breuiati fuiſſent dies illi non fieret ſalua omnis ca
ro · et quia abundabit iniquitas refrigeſcet caritas multorū · qui
autem pſeuerauerit vſqz in finem hic ſalu9 erit · Hӱſqz fieri inci-
pientib9 ſcitote quia appropinquat redempcio iudaica · Ab arbore
autē fici diſcite pabolā · Celum et terra tranſibūt vba autem mea
non tranſibūt · de die autē et hora iudiciӱ nemo ſcit neqz angeli ce
lorū neqz fili9 ſup terram niſi pater ſolus · ſed ſicut fuit in dieb9 no
e ita erit aduentus filӱ hoīs Nonne vobis prebui memetipſum vi-
uum poſt paſſionē meam in multis argumentis apparens vobis
et loquens de regno dei · nunc vo cōueſcens et manducans vobiſcū
precipio vobis ab iheroſolimis ne diſcedatis ſed expectabitis pro-
miſſionem patris quam audiſtis inquit per os meum · quia iohēs
quidem baptizauit aqua vos autem baptiſabimini ſpiritu ſcō nō
poſt multos hos dies · Vnde apoſtoli interrogauerūt eum dicētes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

Dn̄e ſi in hoc tempore reſtitues regnum iſrahel · Dixit autem eis·
Non eſt veſtrum ſcire tempora vel momenta q̄ pater poſuit in ſua
voluntate · hoc eſt · non eſt veſtrū ſcire a me tempora reſtitucionis
regni iudaici quia cū pater meus erat in ꝑtāte predicti regni iam
ipſe predixit per famulos ſuos ꝓphetas quo tempore reſtitui debꝫ
regnum iudaicū · ideo non eſt veſtrū hoc a me ſcire · ſed accipietis
virtutem ſuꝑuenientis ſpiritus ſancti in vos qui docebit vos om-
nia et ventura annūciabit vobis · et eritis michi teſtes in iheruſa-
lem et in omni iudea et ſamaria et vſqꝫ ad vltimum terre

Et cū hec dixiſſet videntibus illis die quinta maij eleuatꝰ
eſt et nubes ſuſcepit eum in celum ab oculis eoꝝ Tunc re-
uerſi ſunt in iheruſalem a mōte q̄ vocatur oliueti videlicꝫ
petrus et iohannes iacobus et andreas philippus et thomas bar
tholomeus et matheus iacobus alphei et ſimon zelotes et iudas
iacobi intrauerunt in cenaculū et hij om̄s vnanimiter erant in o-
racione ꝑſeuerātes cū mulieribꝰ et maria matre iheſu et fratribꝰ
eius · et in locū iude qui preuaricatus eſt ꝑ aplōs electus eſt mathi
as et ipſe erat orans cum apoſtolis · Cui iheſu aſcendenti in celū
obuiauit pater et ſpiritꝰ ſanctus cum tota celeſti curia · Ibi patri
arche et ſeniores laudantes et glorificantes ibi āgeli et archange
li · ibi throni et dominaciones virtutes principatus et poteſtates
ymnū dicentes · Ibi ꝓphete collaudantes Ibi dauid cum cantori-
bus ſuis citharis et organo et pſalterio et cymbalis bene ſonan-
tibus ſimulqꝫ cantantibus dulcibus organis · Exultate deo adiu-
tori noſtro iubilate deo iacob Sumite pſalmū et date tympanum
pſalteriū iocundum cū cythara · Bucinate in neomenia tuba in
die ſolempnitatis veſtre · Ibi aaron cum ſuis ſacerdotibus et leui
tis cantantibꝰ et dicentibꝰ · Cantate dn̄o canticum nouum qꝛ mi
rabilia fecit · Saluauit ſibi dextera eius et brachium ſanctum e-
ius Ibi moyſes cum omnibꝰ meditantibus in lege domini · Ibi iuſ
ticia et miſericordia pax et veritas in gaudijs et iubilacionibus ſi-
mul obuiantes domino in gloria ſine fine · Et in tali iubilo aſſoci-
auerunt filium dei vſqꝫ ad paradiſum de quo eiectus fuerat adam
primus parens et traditus ad cuſtodiendum cherubin et arcen-
dum malos ſpiritus et vt homines ad eum aditum non haberent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

ſeptus fuit flammea romphea et igneo muro Et cum eſſet ibi ipē
ihesus ſuaui eius voce intonuit dicens. Apite michi poꝛtas iuſtici
e quia ingreſſus in eas confitebor domino. Et cum cherubin hanc
vocem audiſſet ſuſcepta flāmea romphea ꝑ rimulam pꝛoſpiciens
atqꝫ hominem humanū videns admirans ait. Hec poꝛta domini
iuſti intrabunt in eam. Et quis es tu qui dicis Aperite michi poꝛ-
tas iuſticie. Apt ihesus Ego ſum deus veſter deus ſaluos faciēdi
et domini domini exitus moꝛtis. Ait cherubin. Aſcendiſti in altū
cepiſti captiuitatem. dediſti dona hominibꝰ. Ait ihesus Hec om-
nia feci. Vnde cherubin illico aperuit ei poꝛtas paradiſi. et dixe-
runt. Benedictꝰ deus die cotidie ꝓſperum iter faciet nobis deus
ſalutariū noſtrorum. Et intrauit dn̄s ihesus paradiſum cū tota
ſua poteſtate ibi currus dei decem milibus multiplex milia letan-
cium ac liberatoꝛum ab infernali captiuitate

Quibꝰ quidem paradiſū intrantibus filius dei pecijt a ſuo
patre in modicis verbis ſe audiri. Vnde facto ſilencio ait
pater. Loquere fili quia audio. Tunc filius ait Deus me
us deꝰ meus feci voluntatem tuā exiui vt homo ad opus ſuū. om-
nia opa tua magnificata ſūt. omnia enim in ſapia feciſti ⁊ ideo i-
pleta ē terra poſſeſſione tua. hoc mare mundi magnū ⁊ ſpacioſum
manibus ibi reptilia quoꝝ non eſt numerus animalia puſilla cum
magnis ideſt diuerſa genera hoīm. ibi dꝛaco infernalis quem foꝛ-
maſti qui valde illudit michi. oīa a te expectant vt des illis eſcā
ſpūalem. dante te illis colligent aperiente te manū tuam oīa im-
plebuntur bonitate auertente te faciem turbabunt᷑. Ideo depcoꝛ
vt emittas ſpm tuum et creabuntur et renouabis faciē terre Apt
pater Camꝰ ſeſſū. quo ſedente ait filio Sede a dextris meis donec
ponam inimicos tuos ſcabellum pedū tuoꝝ. et ſpiritum ſanctum
vocauit a ſiniſtris. quid dicis de hoc ſpūs meus. Et ait ſpūs ſcūs
filio Que ſunt plage iſte in medio manuū tuarum. Ait filius Hijs
plagatus ſum in domo eorū qui me diligebant. Ait ſpūs ſanctus
Pꝛo eo vt te diligerēt detrahebāt tibi. et tu quid eis faciebas Apt
filius. Ego autem oꝛabam et ipſi loquebantur aduerſū me lingua
doloſa et ſermonibꝰ odij circūdederunt me et poſuerūt aduerſum
me mala ꝑ bonis et odiū pꝛo dilectione mea. Ait ſpiritus ſanctus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

Domine fortis et paciens ꝛ miſericors fuiſti· hac ergo de cauſa pe
tis a deo vt me mittat ad ipſos p̄mo dyabolus vadat ad ipſos et
ſtet a dextris eorū · Cum iudicantur exeant cōdempnati et oracio
eorū fiat in peccatū· fiant dies eorum pauci et ep̄atum eorum acci
piat alter fiāt filij eoꝝ orphani ꝛ vxores eoꝝ vidue ·nutantes trāſ
ferant² filij eoꝝ et mendicent eiciantur de habitacōibus eoꝝ· fiant
contra dn̄m ſemꝑ vt ꝑdat de terra memoriam eoꝝ ·quia perſecuti
ſunt hūc hominem inopē et mendicū et cōpunctum corde mortifi-
care· Attā cum in nobis nō ſit niſi vna volūtas illā de me fiat qd̄
tibi deꝰ deꝰ meus placet Hoc dixit ſp̄us ſanctꝰ non ex malignitate
ſed potius vt oſtenderet ſe cōpati filio cum ipſe ſpiritꝰ ſanctus ſit
valde benignus · Ait filius ſpiritui ſancto· Sancte ſpiritꝰ noli ex
hoc turbari ·qm̄ ſic me oportuit pati ·None ſcriptum ē yſaye pri-
mo · filios enutriui et exaltaui ipſi autem ſpreuerūt me · cogno-
uit bos poſſeſſorem ſuū et azinus preſepe dn̄i ſui iſrahel autem me
non cognouit ·ſed cū mea voluntas non ſit mea ſed patris mei cū
ipſe me miſerit vt ſumerē mortē pro ſaluacione humani generis
et vt peccatū accipet finem ·ipſe pater ꝓmiſit michi non proicere
me a facie ſua et te ſpiritum ſanctum a me non auferre ac eciā red
dere michi leticiam ſalutaris ſui et ſpiritu principali confirmare
Et ego ſibi ꝓmiſi te teſte docere iniquos vias ſuas et impios ad ſe
conuertere ·et cū nunc habeā ſcolam nouā meoꝝ ſimpliciū diſcipu
lorum rudem et ſine aliqua doctrina ſapiencie et eos mittere debe
o ad predicandum ꝑ totum orbem de regno celorū ſicut ſcriptum
eſt· in omnē terram exiuit ſonus eorū ꝛ in fines orbis terre verba
eorum· et promiſi eis ꝙ ſpiritus ſanctus quē mittet pater in no-
mine meo ille eos docebit omnia nūquid ero eis mendax · Ait ſpi-
ritus ſanctus Pater regnauit in iudeos tu regnabis in gentes ꝛ
cū tempꝰ meum regnandi aduenerit in oīs gentes ibo et ego reg-
nabo · Hoc ipſe ſpiritus dixit vt filius magis animaretur ad amo
rem gencium Ayt filius Tempore quo regnauit pater non fuit
tempus tui regni licet tu et ego cum illo fuerimus et tamē eo tem
pore ꝑ te ſpiritum ſanctū ꝓphe ꝓphetauerunt et futura annun-
ciauerunt· Ita nunc fiat ſi placet in regno meo in quo non reg-
nabo ſine patre et te ſpiritu ſancto Ayt ſpiritus ſanctus Fiat vo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

luntas patris propter quod pater locutꝰ eſt dicens Spiritus ſanc̄
te ita operare in regno filij mei ſicut oꝑatus es in regno meo Vade
in benignitate ad diſcipulos filij mei et in tue virtute ſapientie con
ſtitue eos principes ſuper omnem terram· ſed cum venerit tempꝰ
tui regni quādo te effundam ſuper omnem carnem et ꝓphetabunt
filij et filie et ſenes ſompnia ſōpniabunt et iuuenes viſiones vide-
bunt tunc tu ſpiritus ſancte pacificabis populum meum iudaicum
cum p̄dicto filio meo et tunc ipſi iudei aſpicient in filium meū quē
crucifixerunt et ipſi haurient aquā de fontibus ſaluatoris ac eciaȝ
alie barbare naciones in eundem aſpicient et fiet vnum ouile et vnꝰ
paſtor · quoniam ſcriptum eſt · Spiritus domini repleuit orbem
terrarum · Ait ſpiritus ſanctus · Fiat voluntas tua Ego ibo et re
plebo ipſos apoſtolos de memetipſo et videbo ſi predictus populꝰ
iudaicus ſit ita dure ceruicis et ferrei nerui mecum ſicut fuit cum
veſtro filio ꝙ dei ſalutaria non velit audire · vnde ipſe ſpiritꝰ gra
cioſe peciit a filio ꝙ ſuos diſcipulos non conuerteret ad gentes do-
nec aliquibus diebus pleni ſpiritu ſanto predicarent iheroſolimis
de regno dei predictis iudeis Ait filius · ſicut vis ita fiat Et hoc fe-
cit ſpūs ſanctus ne tantus populus dāpnaretꝛ ſed potius peniten-
ciā ageret de cōmiſſis · Et in iſta cōtrouerſia tota trinitas fuit per
dies decem qui cadit in xv die maij cōputatis diebꝰ exaltacionis
Quibus diebus cōpletis factus eſt repēte de celo ſonus tāꝗ̄ ad
uenientis ſpiritus vehementis et repleuit totam domum vbi erāt
ſedentes apoſtoli · et apparuerunt illis diſptite lingue tanꝗ̄ ignis
ſeditqꝫ ſupra ſingulos eoꝝ ſpiritus ſanctus · ⁊ repleti ſunt om̄s ſpū
ſancto et ceperunt loqui varijs linguis ꝓut ſpūs ſanctꝰ dabat elo-
qui illis Et ꝓficiſcentes ad p̄dicandum de regno dei baptiſmum et
remiſſionem peccatoꝝ per penitenciam · et erant cum fiducia loquē
tes verbum dei et faciebant ſigna et prodigia magna in iheruſaleȝ
ꝓpter que metus magnus erat vniuerſis Multitudinis autem cre-
dencium erat cor vnum et anima vna et omnia habebant cōmunia
nec quiſꝗ̄ erat egēs inter illos et cū magna virtute reddebāt teſti-
monium reſurrectionis iheſu criſti domini noſtri · magis āt augeba
tur multitudo in domino credencium viroꝝ ac mulierum ita vt in
plateis eicerent infirmos vt veniente petro ſaltem vmbra petri ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

umbraret illos et liberarentur · ꝓpter quod princeps ſacerdotum
ait illis · Precipiendo precipimus vobis ne doceatis in nomine iſ-
to · et ecce iam repleſtis iheruſalem doctrina veſtra et vultis induce-
re ſanguinem hominis iſtius ſup nos · Reſponderunt petrus et a-
lij apoſtoli dicentes · Oportet deo magis obedire q̄m hominibus ·
deus enim patrum noſtrorum ſuſcitauit iheſum quem vos interfe
ciſtis ſuſpendentes in ligno · Hec cum dixiſſent diſſecabantur ⁊ co-
gitabant interficere eos Unde ſurgens gamaliel legum doctor dix-
it Viri iſrahelite attendite vobis ſup hominibus iſtis quid acturi ſi
tis Ante hos enim dies extitit theodas dicēs ſe eſſe aliquem mag
num · cui conſenſit numerus virorum circiter quingentorum · qui
occiſus eſt et omnes qui credebant ei diſſipati ſunt et redacti ad ni-
chilum · Poſt hunc extitit iudas galileus in diebus profeſſionis et
auertit populum ſuum poſt ſe et ipſe ꝑijt et omnes quotquot ei con
ſenſerunt diſperſi ſunt Et nunc vtiqꝫ dico vobis · diſcedite ab homi
nibus iſtis et ſinite illos quia ſi ex hominibus conſilium hoc eſt op⁹
eoꝝ diſſoluetur · ſi vero ex deo non poteritis diſſoluere ne forte vide
amini deo repugnare Quo dicto ilico conſenſerunt ſacerdotes ⁊ mł
ti ex eis obediuerunt fidi Stephanus vero plenus ſpiritu ſancto fa
ciebat ſigna magna in populo diſputās cum quibuſdā de ſynagoga
Qui non valentes reſiſtere ſapiencie ⁊ ſpiritui qui ī eo loquebatur
ſūmiſerunt viros qui dicerent ſe audiuiſſe ſtephanum dicentem ver
ba blaſphemie in templum moyſen et deum · Cōmouerunt itaqꝫ
plebem et ſeniores et ſcribas concurrentes rapuerunt eum · et ad-
duxerunt eum in concilium et ſtatuerunt teſtes falſos dicentes
Homo iſte non ceſſat loqui verba aduerſus ſanctum locum et legem
Audiuimus enim eum dicētem q̄m iheſ⁹ nazarenus hic deſtruet lo
cū iſtū et mutabit traditiones quas tradidit nobis moyſes Et audiē
tes hec diſſecabantur in cordibus ſuis et dentibus in eum ſtridebāt
et eijcientes extra ciuitatem lapidabant eum · et ſaulus erat conſē
ciens neci eius · In die illa facta eſt magna perſecucio in eccleſia que
erat iheroſolimis et omnes in criſto credentes preter apoſtolos diſ-
perſi ſunt per regiones iudee et ſamarie

Paulus vero deuaſtabat eccām ꝑ domos intrās ⁊ tradēs viros
⁊ mulieres in cuſtodiā · ⁊ ſubſequēt pecijt a ſūmo ſacerdote lrās in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

damaſcum ad ſynagogas vt ſi q̊s inueniſſet et huiꝰ vie viros ac mu
lieres vinctos eos p̄duceret in ihrl̄m Et cum iter faceret ad vocem
dñi de perſecutoꝛe fidei factus eſt eiuſdē magnꝰ p̄dicatoꝛ cōfundēs
iudeos et affirmās qꝫ hic eſt xp̄s Audierūt āt ap̄li et fratres qui e-
rant in iudea q̄m et gentes receperūt verbum dei · et cū de eiſdē gēti-
bus aſcendiſſet petrus iheroſolimis diſceptabant aduerſus illum
qui erāt ex circūciſione dicētes q̄re itroiſti ad viros p̄pucium hūtes
et manducaſti cum illis Ait petrus · Ego erā in ciītate ioppe oꝛās et
vidi in exceſſu mentis mee viſionem deſcendēs qddā velut lintheum
magnum quatuoꝛ initijs ſummitti de celo et venit vſqꝫ ad me · intu
enſqꝫ cōſiderabā et vidi quadꝛupedia terre et beſtias reptilia et vo-
latilia celi · audiui autem et vocem dicentem michi Surge petre oc
cide et manduca · Dixi autem ego · Nequaq̄m domine · quia com-
mune aut immundum nūq̄ introiuit in os meum · Reſpondit au
tem vox de celo ſecundo dicens Que deus mundauit tu cōmune ne
dixeris Hac de cauſa comedi cōmunia cum gentibus Eodē tp̄e miſit
herodes rex manus vt affligeret quoſdam de eccleſia · occidit autē
iacobum fratrem iohīs gladio Vidēs aūt quia placeret iudeis appo
ſuit appꝛehendere et petrum Quē cū cōpꝛehendiſſet poſuit in cuſto
diam a qua angelo comite liberatꝰ petrus diſceſſit ab iheroſolimis
cum tota eccleſia ꝓpoſito verbo dei in conſpectu tocius ciuitatis v-
bi erant iudei et turbe fidelium infinite · Et videntes iudei turbas
gentilium aggregatas ad audiendum paulum pꝛedicātem repleti
zelo contradicebāt paulo blaſphemantes · Tunc paulus ait Vobis
o iudei opoꝛtebat pꝛimo loqui verbum dei · ſed quoniam repellitis
illud et indignos vos iudicatis eterne vite ecce conuertitur ad gen-
tes · ſic enim pꝛecepit nobis dñs Vnde paulus in conſpectu omniū
excuſſo puluere pedum in iudeos et eciā alij diſcipuli inde receſſerūt
et replebantur gaudio et ſpū ſācto et ſoꝛte diuiſa inter eos tota ter
ra ad predicādum verbū dei · Pꝛimo petrus in ſoꝛte habuit roma-
nos et ytalicos tamq̄ caput apoſtoloꝝ ſic caput tocius oꝛbis habu-
it in pꝛedicacionis ſoꝛtem · iohannes aſiam · ſymon egiptū et ihe-
roſolimam · andꝛeas achaiam · thomas medos parthos · perſas yr-
canos ꝫ yndos ſupioꝛes · mathias iudeam · bartholomeus licaoniā
indiam minoꝛem et armeniam · matheus ethiopiam et macedoniā

Qui omnes ꝓfecti ſunt et predicauerunt vbiq; dnõ cooꝑante et ſer
monem confirmante ſequentibus ſignis tamq̃ duri ꝓ fide bellato-
res ꝓ gentibus acquirendis contra infernũ et eius principes infer-
nales dure bellauerunt in miraculis et ꝓdigijs Tu lector lege hiſ
torias dictorum apoſtolorum et ſãctoꝝ aliorum eoꝝdẽ ſucceſſorum
et ſcies q̃ glorioſe victis xi · prelijs computando a nerone vſq; ad
iulianum apoſtatã in eoꝝ ſanguine peruenerũt ad victoriam ⁊ pal
mam regni temporalis romanorum et gencium aliarum · et aſſecu
ti ſunt regnum ſpirituale in quo habitãt ꝑhenniter et habittabunt
ſpũaliter quod nos eciam in anima poſſidere ſpiritualiter digni ef
fici ſtudeamus per palmam victorie per quam et in qua viuit et rḡ
nat deus per infinita ſecula ſeculorum Amen

Hic auctor ſubmittit ſe correctioni et orõib⁹ preſens opuſculũ
lcũrorum volens h° pccõrum conſolacio denomiari Ca lxxiiij

Letetur cor querencium dñm quia ipſe tãq̃ ſponſus a ſum-
mo celo egrediens exultauit vt gygas ad currendam noſtre
ſaluacionis viam et qui indutus fortitudine et virtute pre
cinctus tocius maledictionis percuſſit caput de domo impij qui di-
cebat in corde ſuo non mouebor a generacione in generacionem ſi-
ne malo · Vbi eſt eius ſuperexaltacio · vbi eſt ſuper cedros eius ele-
uacio · quomodo ceſſauit exactor quieuit tributũ · cõtriuit dñs ba-
culum impiorum virgam dñancium cedentem populos in indigna
cione et plaga inſanabili ſubijcientem in furore gentes et perſequẽ
tem crudeliter · finita eſt ſalus impij conſummatus eſt miſer · defe
cit qui conculcauit terram propter quod ipſe deus prepauit in mi-
ſericordia ſolium ſuum vt ſedeat in veritate ſup eum in tabernacu-
lo dauid iudicans et querens iudicium ⁊ velociter reddens quod iu
ſtum eſt ipſe ꝑ omnia benedictus in ſecula Hinc eſt q̃ dei doctrina ſe
men prudencie cuius miſericordia opus iuſticie cuius vita ſpeculũ
tẽperancie cui⁹ mors inſigne eſt fortitudinis Qui ergo eum ſequit᷑
errare ñ poteſt nec falli ad cui⁹ virtutes imitãdas et adipiſcendas
ex pñti meditacione cor accenditur ac eciam aĩatur deiñ diuina illu
minatur virtute · Itaq; et virtutem induit et a veris falſa diſcernit
adeo vt plures illitterati fuerunt et ſimplices qui magna et profun
da dei iudicia cognouerunt · Vnde cogitans melius fore licet ſim-
pliciter aliqua me dixiſſe q̃m penitus tacuiſſe exercitando im-

pericíam meam · et licet rudi et ĩpolito ſermone ſim locutus qꝛ nõ
ſum de populo ignote lingue nec alti ſermonis · verũptamen mē-
tem ſuam lectoꝛ ſtudioſus ex hijs reficiat · non eſt enim in oꝛnatis
ſermonibus ſed in domini noſtri iheſu xpriſti meditacionibus inſiſ-
tendum · Ad quod eciam glorioſi iheronimi doctrina inducoꝛ di-
centis · · Sermo rudis vſqꝫ ad coꝛ penetrat · politus autem aures
paſcit · Etenim non valens lippientibus oculis ſolem in rota cõ-
ſpicere · tanti miſterij maieſtatem quaſi ꝑ ſpeculum et in enigma-
te michi viſus ſum intueri · cũ in humanis inuencionibus nil ſit in
omni parte ꝑfectum · nempe ꝓpter innũas atqꝫ ineuitabiles ne-
gocioꝝ mei officij vicariatus iniũctas neceſſitudines cotidie moꝛe
fluencium emergentes q̄ ſtudentes ꝛ ad ſupna tendentes ĩpediũt
quaſi ꝓplexus atqꝫ varijs irretitus nexib9 vacare ad plenum neq-
ui vt vellē ꝗuymmo vix valui meditata dictare nedũ cõſpicere me-
ditanda · nã cuiuſqꝫ anim9 ad plura diuiſ9 ſit ꝑcõ ad ſingula minoꝛ
Quocirca in ſupꝛaſcriptis ex diuerſis ſacre ſcripture libꝛis moꝛe
mellificantis apis pꝛout michi diuina gracia ꝓpinauit fructuoſe
collectis non ſolum benignum ſedule imploꝛo lectoꝛem verum et
liberum deſidero coꝛrectoꝛem · et enim negare non valeo quin plu-
ra ſint in hoc inſerta opuſculo que poſſunt a pꝛudentibus iuſto iu-
dicio abſqꝫ temeritate culpari Verum ſi quid foꝛte laude dignum
repiatur in eo diuine gracie penit9 aſſcribatur · Nam oē datum op-
timũ et omne donum ꝑfectum de ſurſũ eſt Si qd vero fuerit indig-
nũ in eo reptum inſufficiencie deputetur humane · Et qd ſub lima
coꝛrectionis pꝛimo ſancte matris eccleſie et ſanctiſſimi patris et
domini noſtri dñi vꝛbani diuina ꝓuidencia pape ſexti eiuſdē ſanc-
te romane eccleſie veri ſponſi que omniũ fidelium mater ē et errã-
ciũ magiſtra necnõ alioꝝ meli9 me ſentientium et maxime venera-
bilis dñi dñi angeli de caſtellione arentinĩ archiepi paduani vtri-
uſqꝫ iuris doctoꝛis metuendi magiſtri mei ſubmitto · quia nichil
aliud ſentio in pꝛedictis niſi quod ille ſentit docet et pꝛedicat · hãc
ſolũ apud legentes mercedem expectans vt apud miſericoꝛdiſſi-
mũ iudicem pꝛo peccatis meis deuotas oꝛaciones effundant
Datum auerſe ꝓpe neapolim die penultimo menſis octobꝛis
indiction̄ vi · anno dñi M ccc lxxxij · pontificatus ſanctiſſimi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

in xp̄o patris et dn̄i noſtri domini vrbani ſacroſcē ac vniuerſalis ec
cleſie pape ſexti anno quinto · et etatis mee anno triceſimotercio ·
que etas in hoīe ſemper peccatrix habetur et pccōꝝ p᷑ena licet pec
canti in eadē etate et penitenti deus libencius pcat dicente ꝓpha
delicta iuuentutis mee et ignorancias meas ne memineris dn̄e ·
Peccata vō ſenectutis ſūt peſſima qꝛ in hȳs gaudent demonia et
peccatorem pſequuntur in hȳs crudeliter dicente eodē ꝓpha · ne
ꝓicias me in tempe ſenectutis · quia dixerūt inimici mei ideſt dya-
boli mala michi et q̇ cuſtodiunt aīam meā conſilium fecerūt in v-
nū dicentes deꝰ dereliquit eū perſequimini ⁊ conprehendite qꝛ nō
eſt qui eripiat eū · tamen orans dicit in penitencia · deus ne elon-
geris a me et vſqꝫ in ſenectam et ſenium deus ne derelinquas me ·
Propterea tā iuuenes q̃ꝫ ſenes meditentur in hoc opuſculo et per
pendant magnam dei miſericordiā peccatoribus adeſſe · et ideo o
puſculum iſtud inter eoſdē noietur peccatoꝝ conſolacio quia cum
legeritis dicatis deo · multiplicaſti magnificenciam tuam et con-
uerſus conſolatus es me ad vitā perhennem amen

Preſens opus qđ peccatoꝝ conſolacio denominatur impſſum
eſt goude in hollandia Per gerardum leeu anno domini M · cccc ·
lxxxi · menſis nouēbris die xxix



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 E 28